⁊ ex hoc pláta conualescit. nam vis cera terre magis calida sunt in hyeme ꝙ̃ in aliquo alio tempore anni. Cum autem viscera pláte sic humido vaporante implentur ⁊ inpinguátur: sole appropinquante emittunt ⁊ cōualescunt. Et hec est causa ꝙ plantatio que fit profunde i viscere terre optime conualescit in hyeme. In autumpno autem paucissime plátátur. quia tunc humor euanuit ⁊ calor: ⁊ terra redacta est in cinerem frigidum p calorē estatis. ⁊ sic nec ex pte terre nec ex pte plante conualescere potest. In estate autem generaliter mala est plantatio: propter calidū ⁊ siccum quod euanescere facit vigores plantarum. pcipue tamen in cácro ⁊ leone postꝙ̃ oritur stella que dicit᷑ canicula. qa tunc tempus calidissimū est: ⁊ sunt corpora plátarum eo arida: ⁊ virtutes earū debiles: ⁊ terra priuata hūido nutrimentali. In paucis tamen locis que tanto feruore temperant᷑ fit plantatio i tempore dicto: sicut est locus qui vocatur codonia frigidus valde ⁊ humidus. aut ex montib9: aut quia multum est iuxta polum aquilonarem.

De diuersitate plantarum sumpta iuxta diuersá fructuū ꝓductionē.

Uedá arbores vno anno fructificant ⁊ in alio reficiūtur. ⁊ tales sunt multe precipue magne arbores sicut oliue piri ficulnee ⁊ huiusmodi. que licet ramos producát quib9 cooperiuntur ⁊ dilatantur: tamen in ramis illis non est habundans fructus nisi alternis annis: eo ꝙ multitudo ramorum trahit succum ad suū nutrimentum: ⁊ nō permittit pullulare fructum nisi i alterno anno: cū redundat humor in arborem. sicut etiam magna animalia minus ponūt in semie ꝙ̃ parua. Amplius ꝗdá i iuuentute steriliores sunt ꝙ̃ in prouecta etate. quod ideo contingit ꝙ succus totus transit in incremētum eorum. Cum autem steterit incremētum. tunc melius fructificant: sicut vitis que vetula est meliores ⁊ vberiores ꝓducit vuas ꝙ̃ iuuenis: dūmodo ad extremá ⁊ decrepitá senectutem non peruenerit. Illa enim in omnib9 fit sterilis propter frigidū ⁊ siccum quod habundat in ea. Quedam autem ecōtrario melius fructificant i iuuentute ꝙ̃ i senectute sicut amigdali piri. harum autem plantarum natura perfecte est calida ⁊ humida in iuuentute: ex quibus qualitatibus post iuuentutem mutatur in frigidum ⁊ siccum. ⁊ ideo primū tunc steriles efficiuntur: deinde i totum aride. ⁊ hoc pl9 patiunt᷑ amigdali ꝙ̃ piri.

De his quibus idiget ōnis planta.

Omnis planta tota in omnibus partibus quatuor indiget precipue: sicut et animal semiali scilicet humido terminato: loco conuenienti. ⁊ aq̃ siue hūore temperato nutriēte. ⁊ aere sibi consimili ⁊ proportiōali: Cum hec quatuor perfecta ⁊ conuenientia fuerint: optime nascetur pláta ⁊ crescit. Si autem hec aut aliqd eorum discesserit ab ea: debilitat᷑ generatio ⁊ incremētum plante ꝓportionaliter discessioni eorum.

De his que faciunt ad plãte gene
rationem ⁊ augmētum.

Erbe autem: et quicqd
vegetatur ⁊ crescit radi
citus infixũ terre indiget vno vel
pluribus de quinqȝ rebus. hec aũt
sunt semen: putredo: humor: a
qua: plantatio que est plantã nas
ci super plantam aliam. horum au
tem quiqȝ primum quidē in se vir
tutem habet formatiuam plante: ⁊
est i ipso materia ⁊ efficiēs simul.
Secũdũ autē virtutem formatiuã
accipit a virtute stellarum. humor
autem qui est mixtus ex elementis
cibus est ⁊ materia: tam generatio
nis ꝙ generate iam plãte. hũc eni
planta prima digestione depuratũ
trahit de terra. Aqua autem sicut
in omnibus nutrimētis non deser
uit nisi in hoc ꝙ ipsa est alimēti ve
hiculum. nec fluxum haberȝ ad p
tes cib9: nisi per motum aque. In
terminabilis enim existens in seip
sa: bene termiabilem facit cibũ ad
mēbra ⁊ ad partes illas que nutri
untur. Plantatio autem super plã
tam aliã ē que fit per insitionem:
⁊ conualescit propterea ꝙ planta
interius habens humorē putridũ
virtute solis exalat illum: ⁊ sic in
planta alia infixa plante in figura
differens ab ipsa. Sũt igitur tria
istorum generationi plante deserui
entia. duo autem conferunt ad nu
trimētum. Ad generationem enim
conferunt semen: ⁊ putredo: ⁊ plã
tatio in planta alia. quod enim ge
nerationi confert: oportet ꝙ habe
at in se formans aliquid: ⁊ ad spe
ciem plante deducens. Hoc autem
formatiuũ a virtute inferiori sicut
semen. a virtute vniuersali superio
ri sicut putredo. ⁊ hec quidē duo
simpliciter conferunt ad generatio
nem. Tertiũ autem quod ē plã
tatio plante in planta: cōfert simi
liter ad generationem ⁊ transmuta
tionem ipsius in figura. Similiter
autem que conferunt ad cibũ plã
te diuersitatē habēt duplicē: quo
niã hũor est cibi substantia. Aqua
autem confert proprium cibo mo
tum ad partes nutritas. Sunt au
tem quedam adhuc que videntur
conferre plantarum generationi ⁊
incremento: de quib9 etiam supra
facta est mēsio: sicut locus conue
niens: ⁊ aer connaturalis. sed hec
nō faciunt aliquid ad esse plãte.
sed ad benesse. ⁊ non conferũt ni
si ratione seminis aut putredinis
aut humoris: que sunt temperata
ex loco ⁊ aere plante cōnaturalib9
⁊ conuenientibus. Idem autē ae
ris quod venit ī plãte constitutio
nem inuiscatur humori seminis et
putredinis ⁊ cibi plante: sicut fit
etiam in animalib9. Ampli9 plã
te vegetantur in calido tempore in
vmbra noctis. ⁊ liquescũt ad solis
feruorem: eo ꝙ calore ⁊ humore p
euaporationē destituũtur. In hye
me etiam quando constringuntur
plante exterius. inueniuntur int9
succose valde magis ꝙ in estate.

Accidens autem quod multũ va
riat ⁊ iuuat naturam plantarum ē
cult9 homis. et hoc ideo: quia plã
te in genere animatorum iuxta ele
mēta sũt: ⁊ elemētorꝫ vires ⁊ mate
rie multũ habentes. et ideo qd mu
tat q̃litatē terre ⁊ hũoris ī q̃ sita est
plãta: multũ mutat naturã plãte.

De putredine siue letamie ⁊ sterco ratione ⁊ cibo plātarū.

Jcet natura sola sit prīn piū rerū naturaliū. tamē ī ōnibus his quorū sub stātie sūt transmutabiles multū iu nat' arte ⁊ cultu: vt ī meli⁹ vel pe i⁹ trāsmutet'. hac igit' cōsideratio ne loq̄mur de agris: ⁊ eorū cultu ⁊ ortis ⁊ pomeriis: ⁊ ceteris per que fit cultus plantarum ⁊ remouent' a siluestritate per domesticationem Sunt autem maxime quatuor que circa hoc consideranda sunt. Cib⁹ videlicꝫ ⁊ aratio siue fossio: semia tio ⁊ insitio. circa hec student om nes agricultores precipue. Cibus autem non est aliquod simplex ele mētū. oporꝫ igit' cibū plantaꝝ cō mixtū ēē. si eni simplici plāta nutri retur: ex alio nutriretur: ⁊ ex alio constaret: quod ōnino irrationabi le est. Adhuc autem cibus nō est aliquis qui ad membra plante per se deduci possit: propter quod idi get planta rigato cibo: vt hoc con feratur ei rigatione quod anima libus confertur per potum qui ve biculum est cibi decurrētis ad mē bra. Cibus autem proprius plāta rum ⁊ aliqd commixtum humidū Res autem commixta humida in tegritate ⁊ salute consistens: nō ē ī via mutatiōis ad aliud. sed salua t' ī seipsa. propter quod nihil nu tritur a nutrimento in sua specie ⁊ suo esse saluato: sed potius ab eo quod iam āte corruptum est ⁊ des titit ab esse proprio: aut est in via ad illud. propter quod animalib⁹ creatus est venter ī quo cibus cor rumpatur: ⁊ extrahatur ab eo illud quod nutrit animal humidum nu trimētale. Ipsa enim extractio hu midi ipsius quod attrahitur in ci bum: corruptio ē ei⁹ quod nutrit. quod in ventrem ingestum est per manducationē. Omnis eni corrup tio que ē secūdum naturam sic fit q̄ extrahitur humidum ⁊ remanet siccum decidens in cineres. sicut ci to incineratur omne stercus anima lium. Cum igitur nō vētrem habe ant plante: sed terra pro ventre v tantur. oportet in terra circa plan tas esse putrescētem cibum plāte: ⁊ tunc attrahi a radicibus eius hu midum ⁊ illo cibari. hoc autē pro bāt opera rusticorum. qui stercore quod letamen vocant: prope omni um plantarum fimant genera: qd̄ nō ad radicē distillat nisi irrigatio ne pluuie aut aquē desuper fuse. H⁹ aūt letamen ī genere duos habꝫ humores vnū qdē supernatantē ⁊ aereum: qui non facile est incorpo rabilis plante: sed potius attrahit' ⁊ īcidit' a sole. Alteꝝ aūt habet ad unatum ⁊ inmixtum subtili sicco quod est in ipso: ⁊ hic ē vere cib⁹ plantarum. Plātarum generaliter corpus siccius ⁊ durius est q̄ꝫ cor pus animalium: ⁊ tali indiget cibo qui terrestreitate indurabilis ⁊ sic cabilis sit. Vlterius enim cibus nutriens similis est nutrito. Iudi catur autem ⁊ hoc accidente plan tarum que nimis pigui ⁊ humido nutriuntur letamine. contrahunt enim fructus earum saporem ex le tamine. Et substātie earum hac de causa contrahunt nascentias ⁊ pu tredines. Ex letamine autem qd̄ coadunatam cū suo terrestri habet

humiditatem et bonam permixtio nem conualescunt ꝛ roborantur: et fructus proferunt congruos ꝛ vti les. Adhuc autem si nimis humi dū ꝛ pingue sit letamen. aquosam planta attrahit humiditatem plu rimā: ꝛ luxuriabit in foliis: ꝛ mol libus ramusculis īfecundis. ꝛ nō sufficientem proferet fructum. ꝛ il le quē profert erit aquosus ꝛ incō ueniens. hoc ostendunt omnes sil uestres plante: que nutrimentum habent siccum ꝛ terrestre. Fructus enim omnium illarum calidiores ꝛ sicciores sunt ꝛ fortioris odoris ꝙ ortensium q̄ cibāt letamie aqo.

Adhuc autem i prehabitis dictū est fruct⁹ causari ex humido vnc tuoso. hoc autem non est nisi ꝙ ter restritati fortissime cōmixtum ē. hoc igitur est maxime quod cibat. ꝛ mutat sapores ꝛ mōs fructuū. propter quod stercus auium ꝛ nō aquaticarum ꝛ p̄cipue columbaꝝ precipit Paladius permisceri cum letamine. stercus enim hoc feruens est valde ꝛ suo calore in letamine superfluam consumit humiditatē. ꝛ tunc magis conuenit plantarū ci bo. Ideo etiam azininū ꝛ equum vel ouium ꝛ caprarū stercus a rus ticis assumitur. hec enim animalia siccas habent egestiōes: ꝛ per iduc tas ratiōes magis cōgruūt letami plantarū. hac de causa p̄cipit caue ri a stercore porcio: qđ tā ex specie ꝙ ex accidēte qa siccū nō ē: plātis affert magnū nocumentū. Sic igit in communi disposito letamine. o portet ꝙ ipsum letamen sit in via corruptionis poti⁹ ꝙ sit iā incine ratum ꝛ ad terrestreitatem cinereā deductū: ꝛ calore naturali destitu tum. nam optime congruit ꝙ iam per putrefactionem resudat ad su perficiem suum naturale humidū Cum enim hoc humidum nutriat ꝙdiu ad h⁹ radices plantarū resu dat: tamdiu debitum plantis pre bet nutrimētum. Quapropter neqꝫ recens letamen omnino queritur: neqꝫ qđ iam vetustate icineratum existit: sꝫ quod est annuū vel tres partes āni habens: optimū esse pro nunciatur a cultoribus plātarum. Recēs enim adhuc i se claudit hu morem. vetustum autem in toto a misit in administrando. humorem suum in nutrimētum. propter qđ etiam peritiores medicorū cōsump torum habitacula precipiunt sub tali letamine fieri. Fomentum eni huius letaminis a fumigatiōe sua aliquid carnib⁹ eorum per poros prebet humectationis. hoc etiam ostendunt industrie alchimorum: qui optimas quasqꝫ maturatiōes i clibano letamis precipiunt fieri. vocātes clibanum letaminis calo rē. qui cum tali ex quo dictum ē humido expirat ad fimi superfici em. Adhuc autem sicco letamine posito ꝛ non bene corrupto: vide mus arescere multas plātarum. ni si multo prohibeantur humido a queo per continuationem irrigati onis. quia siccus calor qui ex tali fimo generatur circa radices: incē dit vitales radices plante: ꝛ exsic cat: ꝛ in ariditatem conuertit totā plantam: propter quod ex ōnibus his colligitur letamē quod mutat plante habitudinem esse debere in dispositionibus iductis. Sic igit

administratum letamen mutat plā te naturam: plus ꝙ̄ cibus mutet a nimal qd̄ cibatur ex illo: Animal enim magis diuersum est ⁊ longi⁹ a se alterat cibum ꝙ̄ plāta. ⁊ ideo cum letamen hoc sit cibus plante ⁊ vicinior plāte et similior sit cib⁹ ꝙ̄ animal: citi⁹ mutabitur ex cibo ꝙ̄ aliquod animaliū. Adhuc aūt iam sepius habitum est: ꝙ planta terram habet pro ventre: ⁊ in terra primam cibus plante recipit assi milationem: propter quod trahit ad se plantarum mutationē. Vir tutes enim terre precipue sunt vir tutes plātarum: ⁊ secundum terre mutationem erit ⁊ plantarū muta tio. nec ē aliqs mod⁹ ita conueniēs ad mutādū plante naturam: sicut per letamen ⁊ letaminis cōtēpatio nem. Jam enim ostēdimus. ꝙ in planta non sunt tot numero diges tiones sicut in animali. Scim⁹ au tem ꝙ similium in corpore facilior est mutatio ꝙ̄ etherogeniorum. Et ideo videmus quasdam plantaꝝ ex cibo non solum mutari ad alte rum modū saporis fructuum suo rum: sed etiam frequenter trāseūt in alias species ex continuitate ci bi ⁊ letamis. sicut superius de tri tico ac siligine dictū ē: Hoc autem ostendit artis industria. quoniam si quis in arbore perforatis ramis qui sūt iuxta ramusculos a quib⁹ dependent fructus impleat pulue ribus optime contritis foramina: ita ꝙ pulueres ipsi sint ex specieb⁹ multum aromaticis: ⁊ obstruatur ab vtraq; parte optime cum cera forti ⁊ spissa: fructus erunt ī sapo re aromatici saporem pulueris ob tinentes: qui tamen ad fructuum substantiam non perueniunt nisi p euaporationem. Oportet igitur ꝙ multum maius letamen cuius hu mor ingreditur per substātiam cor pus plāte ⁊ fructuum mutet natu ralem habitudinem ipsius. Opor tet autem diligenter cōsiderare: ca uendo ne letamen cōgestum super terram fumet ad flores ⁊ fructus. aut etiam ad gemmas plantarum Fumus enim ille siccus ⁊ incens⁹ est ⁊ fetidus: ⁊ per poros ad interi ora plantarum ingreditur: ⁊ plus erumpit ꝙ̄ malus cibus. sicut ⁊ a nimalium corpora corrumpūt hu iusmodi fumi ⁊ odores. Hoc autē iam experti sumus in vitibus sub qb⁹ sarmenta ⁊ palee ⁊ ouorū teste fumabunt ad gēmas flores ⁊ fruc t⁹: ⁊ multe ex his perierūt omnio. quarundam autem gemme inutiles facte sunt: ⁊ quarundam flores. Si q̄ aūt aliqd vuarū protulerūt: omnino postea aruit ⁊ exsiccatum est. Talis enim fumus maxime no cet his que rare substātie sunt plā tis: sicut vitis. sic etiam plus noc; viris ꝙ̄ feminis propter raritatem corporis virilis. Fumus enim hic indigest⁹ ⁊ nō alteratus pertingit intra corpus. ⁊ ideo corrumpit na turas tam plātarum ꝙ̄ animaliū. propter quod id quod ex herbis ⁊ locis plātarum eradicatum est lō gius proici ab ipsis debet: ne cor ruptiōis fetore plantis afferat no cumētum. Oportet etiam nos nō latere: ex eadem causa paludes ab agricultoribus fieri debere. sicca e nim palea sarmenta ⁊ stercora non apte maturāt: ꝫ poti⁹ corrūpūt

⁊ corrumpũt per fumum suũ quē emittunt. humefacta autem laxius resoluuntur in superficieb9: ⁊ effi ciuntur molliora per quorum spō giositatem exsudet ad superficiem naturale humidum ⁊ maturetur in plãtarum conueniens nutrimētũ. huius autem indicium: est ꝙ plãte etiam sicut animalia attrahunt hu midum ⁊ cibi sui vehiculum. Et cum non potent sicut animalia: pa ludalis potus earum permiscetur letamini: qui facit ipsum in plãtis vndiqꝫ fluere: ⁊ ipsarum partes in fundendo nutrire ⁊ mutare. Nec obstat ꝙ videmus quosdam rusti corum ꝑparare loca culturum suoꝝ per incensos cespites ⁊ ligna: ⁊ sic terra melius fructificat i plantis. hoc enim non fit propter plãtas: sed ad temperandam duplicem ter re maliciam. friget enim terra: ⁊ ex frigiditate sterilis: hocmodo aliqd caloris accipit quo semina in ea iactata melius conualescant. Simi liter autem ⁊ humida nimis: ex h° fecunda incensione ⁊ inmixto cine re in cuius poris aqua nō tenet᷑: cō trahit siccitatem temperatam: per quã magis habilis efficit᷑ ad fruc tificandum. Ex omnibus igitur predictis constat: letamē esse vnũ eorum que precipue plantam mu tant a siluestritate in domesticatio nē. Siluestritas eni plante nihil a liud est: nisi neglectus cultus eius ⁊ sapor fructus ei9 qui vsib9 hũa nis nō competit. Et domestica di citur quando per cultũ eius sapor ad delectationem ⁊ vtilitatem hōi num redigitur. Hoc autem fieri p letamen: probant ea que in anima libus videm9 accidere. quecunqꝫ enim animaliũ sunt domestica: plu rium sunt carnium: ⁊ propter nutri mēti habundantiam: ⁊ multarum sunt qualitatum. ⁊ diuersorum co lorum propter nutrimentũ diuersi tatem. ⁊ sapor carnium eorum ē a lius ꝙ̃ siluestrium. Oportet igit᷑ proportionaliter hoc etiam in plã tis accidere ex nutrimēti admĩstra tiōe vt ayt frater Albert9. Pala dius autem refert: ꝙ stercorum cō gestio locum suũ tenere debebit: q habundet humore. ⁊ propter olo ris horrenda: a pretoriũ conuertat᷑ aspectu. Humor habundans hoc prestabit stercori: vt si qua insunt spinarum semina putrefiant. Ster cus azinorum primũ est precipue ortis. deide ouium ⁊ caprarum ⁊ iumentorum. porcinum vero pessi mum. Cineres optimi. Sed colum binum feruidissimum. ceterarũqꝫ auiũ satis vtile excepto palustriũ Cassius vero scribit vt refert var ro. Colũbinum esse precipuũ. post ipsum: sterc9 homis. tertio capri num ouinũ ⁊ azininum. Equinũ non bonum nisi pratis. stercus qđ anno requieuit satis est vtile nec herbas creat. si vetustius est min9 proderit. Pratis vero recentia ster cora proderunt ad vbertatem her barum. ⁊ maris purgamēta si aqs dulcibus eluãtur mixta reliquis vicem stercoris exhibebunt. Var ro scribit ꝙ prope villã duo debēt esse sterquilinia: vel vnum bifariã diuisum. ⁊ quod in vno nouum ē debet dimitti donec maturescat: al terum vetus i agrum tolli. nec nō illud sterquilinium melius: cuius

latera ꝛ summum virgis ac frōdibus est a sole defensum. non enim succum quem querit terra solē exsugere oportet. Itaq̧ periti procurant ꝙ aqua i eum fluat qua maxime retinetur sucus. Stercorandi sunt agri spissius in colle: i campo rari⁹ cū lūa minuit᷑. q̄ res herbis si seruet᷑ officiet vt ayt Paladi⁹ Uni iugero asserit Columela vigitiquatuoꝛ stercoꝛum carpenta sufficere. In plāo vero decem ꝛ octo. Rustici tamen nostri duplum ponunt ꝛ vltra. Sed tusci nō tantū.

Itē cūili tot dissipādi sunt quot ea die poterūt exarari: ne stercoꝛa exsiccata nil prosint. Eiciuntur q̄dem letamina qualibet parte hyemis. Sed si tempoꝛe suo eici non possint: anteq̄ꝫ seras moꝛe semis p agros puluerem stercoꝛis sparge: vel capꝛinum manu pꝛoice ꝛ sarculis misce. nec pꝛodest nimium stercoꝛare vno tempoꝛe: sed frequēter ꝛ modice. Ager aquosus pl⁹ stercoꝛis querit. siccus minus. Sed si letamis copia desit: hoc pꝛo stercore optime cedit. vt sabulosis locis cretam id est argillam spargas. cretosis ꝛ nimium spissis sabulū. hoc etiam ꝛ segetib⁹ pꝛoficit. ꝛ vieas pulcherrimas reddit. nam letamen in vineis: vini cōsueuit viciare sapoꝛem. vel seminentur lupini in agris cultis ꝛ vineis de mēse augusti et de mense apꝛilis vel mai: et cum ad debitum quasi augmentū peruenerint euertantur. Sic eui loco letamis vineam ꝛ terram inpinguant. sed duobus annis ad plus ipsoꝛum durat in eis piguedo. In partibus autem tuscie cultoꝛes expertí lupinos serunt: tempoꝛe quo seminantur rape i terris cultis vel stipulis bis aratis: videlicet circa tres coꝛbes in iugero ꝛ expesse semina operiunt. Deinde tempoꝛe octo bris ligonibus incidunt ꝛ i sulcis ponūt. ꝛ ibidem seminātes frumētū aratro semē operiūt: ꝛ ide bonū frumentum colligunt estate sequētī. Mediolanenses vero seminant rauicias spissas: ꝛ cū creuerit eas euertūt. Alii autem serūt gralegā. ꝛ euertunt cum ad substantie venerit complementū. Alii vero terras qui sua macredie parum aut nihil fructificant: ad multam fertilitatē cū irrigatione hocmodo reducūt. scilicet ꝙ extracta de cāpis segete: inducunt in agros aquam per sulcos vel riuulos oꝛdiatos. Est aūt meli⁹ si aqua est turbida: de toꝛrēte que super faciem agri terram nouam inducat: ꝛ replendo sulcos: agrum equet. pꝛecipue si fuerit ager cretosus. nam si solutus fuerit sufficit aqua clara. pꝛodest autem maxime talis irrigatio in estate: cū aqua in agris steterit sub radiis solis feruentis. hoc enim modo talis ager multum inpinguatur vt plurimū. Item dicunt Mediolanēses ꝛ omnes cōmuniter hoc obseruant ꝙ ubi linū seri debꝫ: lupinos quos ibi seminauerant euertunt. non solum si iam magni sunt: sed etiam si tunc nati sunt. ꝛ valde terram fecūdant. Et plus dicunt: ꝙ si aliq̄b⁹ dieb⁹ mollificentur i aqua: ita ꝙ bonum germen emittāt. ꝛ manu serant ꝛ terram arēt. eam etiā valde fecundant. Idem dicunt de cineribus. ꝛ ideo fimum comburunt: et

manu seminãt ꝛ euertunt cum lini vel alterius cuiusuis semie. Ponẽdum est autem letamen in campis vineis ortis ꝛ arboribus. precipue a kalendis septembris per omnes menses sequentes vsqȝ ad mensem mai subsequentis. ꝛ i tẽpore fortis gelu super iam natis segetibus potest congrue spargi. Poterit etiam sequentibꝰ mẽsibus i terris spargi si eadem die terra operiatur ꝛ vineis ꝛ arboribus: si letamẽ fuerit valde maturum. Et est sciẽdum ꝙ ex vno curru palearum: quinqȝ ꝛ sex currus letaminis fiunt. ꝛ ꝙ sex annis opꝫ vna stercoris sparsio terram fecũdat. Itẽ notandũ est ꝙ letamẽ absqȝ animalibus fit hoc modo: videlicet ꝙ i hyeme palee vel alia stramẽta proiciũtur in viis lutosis curtis vel fossatis et quibuscũqȝ foueis. ꝛ cũ ibi p quindecĩ dies vel idcirca steterint: ꝛ fuerint ꝯculcate sepeqȝ pluuiis madefacte concernãtur. ꝛ ad magnum letaminis montem desuper latum ꝛ cõcauum vt pluuiarum aquas recipiant post dies aliquot deferuntur: ꝛ cum sic per totam estatem steterit sparguntur in agris.

De aqua que conuenit maturitati letaminis. ꝛ nutrimento plantaꝝ.

Aqua paludalis conueniẽter letamen quod est nutrimentum plãtarum maturat. et plantis irrigat. Aqua enim fluente non bene maturatur nec irrigatur planta. qͦniã illa quidem frigiditate sua cõstringit poros letaminis: ne expiret in eo calidum aut humidum naturale ad superficiem. Similiter autem eadem frigiditate constringit poros radicum: ꝛ nõ sinit eas aperiri in tractum nutrimẽti. ꝛ quod est circa radicem lauat ꝛ deducit. Et ideo in fortiter fluentibus aqs paucas aut nullas videmus nasci plantas. terrestritas enim fundi lauatur ꝛ educitur. nec remanet nisi lapis durus ꝛ frigidus i quo plãta nasci vel nutriri non potest. Aqua autẽ stans fixum in se recipit solis radium ꝛ calefit: ꝛ illo calore coadiuuat ad letaminis maturationem: ꝛ radicum apertionem: et ad pullulationẽ seminum. ꝛ maxime aqua que descendit in pluuiis ꝛ roribus ex nubibus super terrã. hec enim est calida ꝛ vaporabilis ꝛ ideo palus conuenientissime fit iuxta letamẽ. qa calore vt diximꝰ maturat: ꝛ vaporabilitate commiscet subtili commixtione. ꝛ confert ei leuitatem ꝛ motum: quibus eleuari possit in venas ꝛ poros orgãicos plantarum. Si autem aqua lacualis vel fontium adhibetur i loco paludum: oportet ꝙ stet sub radio solis priusqȝ letamen iniciatᷣ ꝛ commisceaturᷣ cum ea fortiter: ꝛ moueatur ita ꝙ ex motu spumam faciat ꝛ vaporabilis fiat propter dictam causam. Aqua autem grãdinum et niuiũ nisi diu stet anteqȝ fluat ad plãtas: plurimũ sui frigiditate plãtis nocumentum affert. Est enim i ea frigiditas radices mortificans: ꝛ humidum letaminis cõgelans. ꝛ hoc nocumentum non de facili aufertur. Cuius signum est: ꝙ terre niuose parũ proferunt gramis. ꝛ qd̃ proferũt est imaturum.

Et licet calefiat aliquādo aqua p solem. tamen nocumentum quod ītulit prima frigiditate nō aufert: qa hoc fuit mortificatiuū. hoc enim videm9 ī terris grādiatis ⁊ agris: quoniā īfra tres ānos vix postea reducuntur ad cultum. Sed aqua pluuie licet sit frigida tamen excellentiam non habet. ⁊ habet caliditatem ex nube ex qua descēdit: ⁊ vaporabilitatem. Ros autē est calid9 ⁊ hūid9 ⁊ dulcis: qui defacili mouetur ad membra plantarum. Palus enim de qua dictum est non erit sita iuxta plantas prope. quoniam nimis fusa planta impeditur a fructu conueniēti. sed mediocriter infusa cōualescit. propter quod letamen in turri cōuenienter ī altiori parte orti vel agri tenetur: vt ipsi9 nutrimentū ⁊ virtus cū pluuia descendente ad plantarum deducatur radices. vbi calore terre fumat ī radices arborum ⁊ aliarum plātarū: ⁊ sugitur humor eius calore naturali radicum. Et hec est causa q͛ aque pure macillente ⁊ impetu fluētes: steriles efficiūt terras q̄s influunt. Aque autē lacunose ⁊ paludose faciunt eas pingues. ⁊ precipue quando ex pluuiis calidis accipiunt incrementum per quod exeunt ab alueo ī agros. sicut nilus q crescit a pluuiis sub eqnoxiali descēdētibus que sunt calide ⁊ humide. ⁊ ideo optīe irrigat sata egiptiorū. Alia autem aqua grauis: potius est descendens a partibus letaminis et a radicibus plātarum q̄ vaporet in ipsas. ⁊ ideo non est adeo conueniens. In lacunis in quib9 stetit aqua medicamen accipit ex continuo radio solis. ⁊ ideo putrescētes in eius fundo herbe: quasi ī naturam conuertūtur letaminis. ꝓpter quod etiam lutum de fundo talium lacunarū paludalium acceptum: pinguem agrum ⁊ fecundum facit: habens effectum letaminis ī ipso. Omnino autem conuenientissimum plātarum nutrimentum est letamen ī palude temperata humiditate putrefacta: ⁊ ex conueēnti stercore commixtū. propter causas inductas. Sed aqua salsa pre ōnibus cauenda est ne admisceatur letamini aut plātis. quoniam illa exsiccatiua est ⁊ adustiua: ⁊ omnino contraria plātarum pullulationi. licet enim acredo salis fracta sit in humido aqueo: cum torrore tamē solis conuertitur in acredinem ⁊ amaritudinem. ⁊ tale nutrimentum omnino plante refugiunt. Et aliā h3 ī se similiter siccitatē potētialem ex cōbusta salis terrestritate: et ex hoc contrahit poros plantarum et obturat: ⁊ exsiccat letamē. ita q͛ suum hnmidum non valet exsudare in plantarum cibatiōe. Adhuc aūt aque metallorum que per mineras decurrunt aut fistulas metallinas diu aut longe fluxerunt: sunt incōuenientes. quoniam ex natura metalli corrodunt potius q̄ infundāt interiora letaminis et plantarum.

Aqua igitur maturans letamen ē aq̄ paludalis ex pluuiis ⁊ roribus congregata. Si illa non habetur sit aq̄ lacunalis: sub sole diu calefacta ⁊ fortiter mota. Si autem nec illa parata est: sit aqua de fontibus aut flumib9 aut puteis hausta: fortiter cōmixta ⁊ sub sole calefacta.

De utilitatibus arationum et fossionum.

Rationes autem et fossiones in genere quatuor conferunt utilitates. Quarum una est apertio terre. Secunda est adequatio eiusdem. Tertia est agri commixtio. Quarta eiusdem comminutio. Terram autem aperiri necesse est: quia aliter nec semina in se iacta recipit: nec ea que in se habet sufficienter expirans emittit. et ideo aperiri oportet in omni mutatione plantarum quando de silvestritate in domesticitatem mutantur. Soliditas quippe superficiei per pondus ipsum terre: et conculcationem hominum et bestiarum: adhuc autem per ymbrium ictus et fluxum facta: impedit ne aliquid in se ab exteriori recipiat. aut etiam aliquid ab interioribus suis emittat. unde planta in ea fixa aut germinet aut mutetur a dispositione una in aliam: propter quod terram proscindi oportet aut aratro aut fossorio. Similiter autem nisi fuerit adequata non bene mutabit plantam. sed potius contrarie in ea dispositiones forte corrumpent. Cum enim continue id quod est in superficie terre suo pondere et fluxu humoris tendat inferius in terre viscera: est terra interius ad duos vel tres pedes magis pinguis quam in superficie. et ideo inferiorem superius elevari: et superiorem deprimi per arationem ac fossionem oportet: ut adequata virtus sua in una virtute unita moveat plantarum radices et fecundet. Adhuc autem beneficium radiorum solis tangit primitus superficiem. sed cum non sit retinens aliquid evanescit: et propter redundantiam conservatur in inferiori parte terre: et hoc adequatur quando inferius superius ponitur et econverso. Et multe alie adequationes virtutum terre fiunt per fossionem terre et arationem. Commixtio etiam necessaria est: quoniam nisi partes quelibet sibi permixte sint: non erit ipsa proprius locus generationis plantarum. Plante enim que commixtarum sunt virtutum: locum sue generationis querunt esse mixtum. nec potest fieri quod ager sit equaliter humidus et equaliter siccus et equaliter calidus et equaliter frigidus: nisi fiat hoc beneficio fossure et arationum. Comminutio etiam est necessaria propter subtilitatem ipsius. nisi enim comminuatur: non subtiliabitur. et nisi subtilietur: non erit conveniens cibus et materia plantarum. propter quod precipit agricultor Paladius: quod non aretur tempore quo lutosa est terra quia tunc in pulverem non reducitur. nec est tempus congruum arationi tempus eximie siccitatis: quia tunc glebe magne non dividuntur: sed potius tempore quo parum mollita est terra. nec tantum habet humoris quod contineant se partes ipsius. cum enim proprie comminuitur: et subtiliatur: aptatur semibus et plantis: propter causas inductas: Hac de causa periti in agricultura ter vel quater crudum agrum arari precipiunt. dicentes qualibet de tribus vel quatuor arationibus addere fructibus proportionabiliter sui numeri quantitatem. vel quod secunda aratio addat alteram fructuum partem.

ꝛ tertia tertiam ꝛ quarta quartam
ꝛ vltra non progreditur: quia suf
ficit ꝙ per quatuor arationes ē ter
ra subtiliata ꝛ ad cibum ꝑparata.
hac de causa precipiunt in rustica
tione glebas magnas malleis mag
nis comminui. quia aliter vt dixi
mus nō conuenit generationi plā
tarum. Quod autem diximus de
quatuor vel tribus arationibus:
variatur secundum qualitatem a
gri qui colitur. fortis enim ꝛ glu
tinosus et adulterinis herbis reple
tus non excolitur ad emendatio
nem ꝛ subtiliationem nisi quatuor
arationibus. Poroso autem ꝛ sub
tilem ꝛ mundam terram habēti for
te sufficit vna aratio vel due. aut
vt multum tres ad plus. prop
ter quod etiam precipit Paladi
us terram considerari. quoniam
si labor fructus excellat vtilitatem
relinquenda est. si autem fructus
excedat laboris meritum: insistēdū
dicit esse cultui. Sunt autem agri
qui non arando sed fodiendo tem
perantur et hi sunt quorum multū
est pinguedo ī profundo: qđ vo
mer aratri pertingere non potest.
Ad hoc enim oportet adhiberi fos
sorium qđ profundiꝰ terrā sulcat
ꝙ̄ vomer aratri. Compertum ē au
tem operatiōe rusticorum. vsqꝫ ad
decem pedes pluuie humorem pin
guedinem superficiei terre secū de
ferre cum in profundum distillat.
Amplius autem sicut videmꝰ āi
malia aquatica que sub terra pro
funde generantur ī lacubus subter
raneis venenosa esse: eo ꝙ lucis ex
pertia sūt. et vaporibus spissis nu
trita. Ita etiam id pingue quod in
profundo terre latet: incongruum
ē ꝛ grossum ꝛ frigidum. nisi ad su
perficiem aliquando tollatur: ꝛ lu
ce solis lustratum subtilietur ꝛ dis
soluat' ꝛ spiritale fiat: quo vapo
rabili spiritu ad radices ꝛ semina
pertingere ꝛ penetrare possit: ꝛ vsi
bus laborantium adaptari. Nō
autem omnis ager colitur vel ara
tur. Cum enim antiqui egiptii pri
mo agrū mensuris geometricis dis
tinxerūt: quatuor agrorum genera
esse dixerunt in quibus plante do
mesticātur per cultum. satiuum vi
delicet: consitum: compascuum: ꝛ
noualē. Ex his autem duos tantū
arando ꝛ fodiendo coluerunt. sa
tiuū videlicꝫ ꝛ noualē. vocātes sa
tiuum qui seritur cōtinue singulis
ānis vel ī eodem anno pluries. no
ualem autē qui alternis annis aut
tertio itermisso aut quarto vel q̄n
to aut sexto: aut forte septimo āno
qescit. et hos fodere et arare prece
perunt: propter causas q̄s diximꝰ

Compascuū aūt ꝛ consitum non
fodiendos esse preceperunt. Cōpas
cuum autē vocabant eum qui pra
ta ferebat in pastum animaliū. Cō
situm autem eū qui arboribus erat
consitus. que portabāt fructus sa
lubres vsui hominum. Et compas
cuum nullo modo. Cōsitum vero
non fodiebant: nisi forte parum cir
ca radices ꝛ nō vbiqꝫ: cuius cultꝰ
nos inferius rationē dicemus. Sꝫ
hic dicere sufficit ꝙ satiuus et no
ualis ager fodiendi ꝛ arandi sunt:
quia aliter semina in eis non bene
conualescūt. propter causas quas
diximus.

De cultu agri satiui.

Iuersificāt' aūt ī arādo satiu9 ꝛ noualis ager. q° niam satiuus virtutem habꝫ magnam ꝛ feracem fructificandi: intantum ꝙ si conti nue non maceretur in partu ꝙ pin guedine nimia luxuriabit ī spuria diuersarum plantarum: quod pos tea sine magno labore emēdari nō poterit. aut forte in humore: ita ꝙ ipse humor nimis habundans sub merget seminum virtutem. Et si q dem adeo ferax est ꝙ timetur luxu ria adulterinarum plantarum: con tinue seritur omni anno. aut forte in anno pluries: eo ꝙ calidus et humidus est talis ager: ꝛ soli cali do expositus. qui etiam sol ab eq noxiali descendens: calorē terre ad pullulationem seminum sufficiēter immittit. nam calor solis cōmiscet īferiora superioribus ad generatio nem eorum que ī terra nascuntur. Et ideo quando solis calor īferio rem terre humorem eleuat in super ciem agri siccam: efficitur ager con tinue calidus ꝛ humidus: Et est il le ager semper porose terre: ꝛ bone commixtionis: ꝛ facilis cultus: et paruo labore multam profert fruc tuum vbertatē. ꝛ ille proprie voca tur satiuus. Quando autem vincē te calore solis eleuato de profūdo humidum: non commiscet agrum ꝛ mollificat eum: sed consumitur: ꝛ plus cōsumit sol de humiditate vel humore ꝙ̄ eleuet. efficitur ager puluerilentus ꝛ sabulosus ꝛ salsus ꝛ pessimus. qui non recipit bonita tem per cultum: sed poti9 siccitate redigitur in heremi solitudinem: in qua nulla plantarū recipere potest ad bonum vsum mutationē. Ad huc autē si tanta sit solis debilitas vt nihil de profundo terre eleuari possit ad superficiem: sed potius ꝯ primitur continue ager loci frigidi tate mortificante. quantumcūq͂ il le colatur non reddit fructum plā tarum: nisi forte siluarum: eo ꝙ siluarum arbores in valde magnā profunditatem dirigunt radices. vbi est calor fumans ex superiori terre constrictione: Ad tantam aūt ꝓfunditatem nec fossio pertigere potest: nec aratio nec seminatio. ꝛ ideo tales agri nec arabiles nec sa tiui dicuntur. Omnia hec que ī su perficie terre nascuntur ex vapori bus desubtus ad superficiem ptin gentibus oriuntur. Satiuus igit' ager optimus est qui vapore pertī gente ꝛ non consumpto superius ē calidus ꝛ humidus: mollem habēs superficiem ꝛ porosam. qui ꝛ cultu facilis est: ꝛ ferax seminibus in eū iactis. Est autem hoc ymaginari p similitudinem caloris balneorum. In his enim si quis calore modera to mouente quidem humidum sed nō consumente vsus fuerit: diffun detur humidum naturale immixtū cibali humido per corpus suum: ꝛ extendet carnes suas et impingua bit eas. Si enim calore immodera to ꝛ diu vtat': expirabit humidū eius: ꝛ destruit' ꝛ macerabitur cor pus eius. propter quod dixit Pa ladius maxime eligēdum esse pin guem ꝛ rarum agrū: qui calore ra rificatus nō dissolut9 sit: ꝛ humi do multum spirituali ad superfici em reflexo ipignatus sit. Secūdi

autē meriti dicit esse pinguem ꝛ densum. hic enim ꝛ si densus sit aratione est subtiliabilis. ꝛ tunc efficitur conueniens pingui ꝛ denso. hic enim labore quidem colitur: tamē cultoribus non negligentibus ad vota respondebit. Cum autem iste due dispositiones magis inueniantur in agro culto: pinguis ꝛ rarus magis vineis cōgruit: eo q vites rari ligni sunt et ex denso non ita surgere possunt. Adhuc autem plurimo idigent calore ꝛ humore vinee. ppter quod nō conuenit ad vites terra densa: que ꝛ calorem impedit ad radices pertingere ꝛ humorem. Pinguis autem ꝛ densus frugibus magis congruit: que solidum exigunt fundum ꝛ cibum propter grani siccitatē ꝛ soliditatem: sola autem nimis macra ꝛ melancolica quadam ariditate: nec frugibus competunt nec vineis. hec enim repressam i vicinam sui pfūditatem habent hūiditatem. ꝛ hec humiditas parū spirat: nisi forte ad arborum ex profūdo generationes. ꝛ harum fructus aut nulli sunt propter frigus: aut inmaturi ꝛ inconuenientes. ꝛ ideo plante in tali terra non domesticātur. Ea autem que nimio calore siccitatem patitur pre omnibus peior est. illa enim et in profundo ꝛ in superficie destituta est humido. ꝛ ideo hec heremus vocatur: eo q redacta sit in solitudinē. nec aliqd profert propter adustionem ꝛ salsedinē sabuli: nisi forsan herbas valde minutas ꝛ siccas ex aliquo modico vapore alicuius temperati tēporis generatas. Propter quod optimus agricultor Paladius dicit: illud deterrimum terre genus esse: quod est siccum simul ꝛ spissū macrum ꝛ frigidū calidi exspiratiōe.

De medicamine agri vt fiat satiu⁹.

Sunt autē quidam agri in se quidem frigiditate steriles aut humore: qui culti primo accipiūt medicinam ꝛ postea i eis optime plāte precipue fruges proueniunt. In talibus enī terris argilla fossa terre frigide ministratur. ex argilla qdem terra frigida accipit fecunditatem: eō q argilla calida est ꝛ sicca proprietatem habens masculi. Terra autem frigida est ꝛ humida eo q frigus inducit humidum. et cum calidum siccum permiscet' frigido humido fit temperamentum ꝛ tunc terra illa ferax ita diu efficitur donec p alluuionem ymbrium non distillauit tab ea argilla. et tūc plante in talibus terris ad meritū veniunt mutantes siluestrium qualitates ac proprietates i domesticarum qualitates: tam in quantitate fructuum q̄ꝫ in qualitate. si eni terra sicca et amara est nunq̄ꝫ recipit medicinam. quicquid enim ingeri potest tali terre: totum i adustionē ꝛ salsedinem ꝛ siccitatem conuertitur. propter quod etiam terrā adustionem clamasse in fabulis poetaꝝ legitur conquestā de incendio phetontis: ꝛ non conquestam de gelicidio saturni: sciens q malicia que ex frigore est potest temperari: non autē adustio que ex siccitate salsuginis. Similiter autem si terra humore ifecunda est: aliquod recipit temperamētum. fodit' eni fossatis

per transuersum: ad que primo de
scēdat humor superfluus: ⁊ postea
defluat ab agro. ⁊ tunc recipit tem
peramētum. propter quod omnes
fossas agrorum ad unam maiorē
et decliuiorem deriuari facias per
transuersales aratiōes ⁊ fossas: ut
per decliuiorē agri a superfluo mū
detur humore. eomodo quo etiā
mutatiōes ⁊ euacuatiōes corpora
curant animalium: ex humore et
non qualitate tantum infirmata.
Sicut enim hec est duplex causa e
gritudinis in animalis corpore: ꝙ
uidelicet aut q̄litate aut humore ī
firmantur. Ita etiam in agro. Et I
deo cum terra frigiditate sola uin
cibili est sterilis: studeat agricultor
infundere alterantem argillā. Si
autem ex humore solo eius infecū
ditas ē: studeat euacuātibus eam
reducere ad cultū: per modum fos
sarum qui dictus est. Sed terra q̄
iam sit destituta combusta est et de
sperata ē: sicut āīal corpus mor
tuum ⁊ īcineratum. His igitur mo
dis ager satiuꝰ iuuatur ad domes
ticationem plantarum precipue in
frugum cultu. quoniam de vineis
sermo erit posteriꝰ cum de agro cō
sito tractabimus. In talibus enim
non optimis agris: qui medicina
plurima ⁊ continua indigent: di
ligenter obseruanda sunt tempora
cultus ⁊ sationis. In terris autem
frigidis autumpnalem tempestiue
oportet fieri sationem: ut planta a
liquid roboris āte hyemis aduen
tum accipiat. nam si debilis nimis
ad hyemis puenerit frigiditatem:
ipsa gelāte glacie mortificabitur ⁊
a fructu optato destituetur. hoc au

tem maxime est in eo agro qui cū
frigiditate etiam est siccus. nisi tūc
tempestiue preueniatur satio: nō ha
bebit robur cōtra hyemem macra
⁊ tenella plantatio. In agro autē
calido ⁊ pingui: deferēda est satio
quātum commode potest. Nisi p
ueniatur in tali agro satio luxuria
bit in herba. et cum totum in herba
posuerit humidum substātiale: nō
habebit uerno tēpore unde produ
cat semina utilia. nam eiꝰ satio nō
accipit ab hyemis frigore aliqd°
nocumētum: eo ꝙ locatum sit semē
in agro calido ⁊ pingui. ⁊ sic a fri
gore hyemis ledi nō potest: sꝫ plā
tula potius inpinguatur: ⁊ retinet'
a frigore hyemis ne luxuriet. ⁊ tūc
uerno superueniente calore: multi
plicia ex se formabit semia. ⁊ fruc
tus in maxima ubertate producet.
Similiter autem considerandum ē
in agris multum frigidis et humi
dis: qui circompositi sunt maribꝰ
⁊ paludibus multis. hos enim non
cōuenit seminari autumpno. nimi
um enim pfunditur humore frigi
do. ⁊ seminum satia abluitur ⁊ pe
rit: ita ꝙ euanescunt ī uerē ⁊ a fruc
tu destituuntur. Sed uerno tempo
re sata: habent multiplex humidū
affluēs ⁊ vaporosum: tam ex agri
fundo q̄ ex locis adiacentibus. et
cū calor solis conualuerit cito cres
cunt ⁊ fructificāt. Et huius signū
est: ꝙ uidemus tales in siccitate tē
poris q̄ alios agros impedit: optie
fructificare. temporis enim siccitas
nimio agri humori cōiuncta: facit
temperamētum. ⁊ fructuum reddit
ubertatem. propter quod etiam di
cimꝰ tales agros per sationem fabe

vel lini si aliquando ifecundi sint redire ad ubertatem: eo qꝫ talia radicitus euulsa superfluam ipsius temperant humiditatem. propter qdº culture studiū sit circa agros ut per congestos aggeres affluētē redundantiam impediāt aquarū: ne agri operiat superficiem: ꝛ p fossata in extremitate agrorum apta eam que iam influxit aut per pluuias uēit: educāt aque humiditatē. Nullo autem igenio ut dictum est curari valet terra ex adustione longa ꝛ siccitate sterilis effecta. Raritas enim sua humorem inductum non retinet. Siccitas enim letamen absumit appositum: et amaritudo i natura impedit seminum aut plātarum nutrimentum. Frequēter tamē super huiusmodi salsugine superficiem quandam terre leuis et pinguis q̄ alluuione maris adducta ē inuenimꝰ. aut forte longa putredie herbarum ibi est generata. Flumina enim in mare intrantia plurimā secum trahunt terram: quā radūt de terris optis q̄ dū ad mare puenerit refluxu ꝓicit̄ sup salsuginē litoris. ꝛ dum hoc fit continue tempore lōgo: supficies talis terre feracissima est i fructibus que non in profundum figunt radices. eas vero que in profundum figunt radices: nutrire non potest. Et ideo talis terra frugum quidem fert copiam. ſꝫ arbores aut nulle aut paruule valde denascuntur i ea. Huius autem signum est qꝫ videmꝰ maria que bis in die naturali influunt ꝛ refluunt iuxta litora sua tales habere agros. Maria autē stantia: omnino iuxta litora sua sunt sterilia.

De cultu agri montuosi et vallicu losi.

Agri autem in conuexitatibus montiū siti: frequēter patiuntur siccitatem ꝛ macredinem. quōiam pingue quod est i ipsis defluit ad valles. Et ideo valles qdē piguissime. conuexa autem montiū sunt arida. propter quod plāte i eis nō bene domesticantur per cultū. propter quod etiam talia loca precipiūtur ab agricolis per trāsuersum sulcari: ut in sulcis stet retenta piguedo: que decurret i preceps si ex directo sulcus descendet. propter qd etiam fiunt retiacula per materias ex transuerso ante agrum: ne humꝰ defluat postq̄ꝫ fuerit exarata. Quidam autē subtiliori ingenio humū hanc serunt: non exaratam sed duram. ꝛ postq̄ꝫ seminata est humus euertunt eam super semina: aut aratro aut ligone aut alio fossorio. et non arant eam nisi semel: nec cōminuunt in eas magnas glebas. quoniam si arata sepius cōminueret̄: cum pluuia que impetu descendit ex conuexo montis tota portaret̄ ad vallem. ꝛ periret quod semiatū est. Semē igitur i tali agro tenue ꝛ non bonum debꝫ esse. tum propter cultus defectum: tum propter ipossibilitatem retinendi pinguedinem ꝛ humorem ex quibus semina conualescunt. Et ideo etiam fimus letaminis sub terra in montibus nō ponitur sed potius i superficie: ne terra in intimis mota per humorē ꝛ impetum descendat i vallem. nec letamen equaliter spergit̄ i mōtibꝰ per totum. sed altiꝰ plꝰ letaminis

ponitur. ꝛ secundū ꝙ declinat con
uexitas: de letamie pōit' mi⁹ ꝛ mi⁹
Inferiora enim per se descensu hu
morum pinguescunt. Superiora au
tem pinguedine per alluuionē des
tituuntur. dum autem pl⁹ letamis
ponitur vbi plus de hūore abluit'
et mi⁹ i loco ad quem plus letami
nis per alluuionem ymbriū appor
tatur: fit quedam temperamenti eq̄
litas. Fructus autem conueniēti
ores sunt montium q̄ȝ vallium. q̄
niam reuerberatio solis ad mōtem
maior est. ꝛ humor moderatus citi
us obedit digestiōi. ꝛ loca ipsa mō
tiū sunt vaporosa: qui vapor ma
turātem adiuuat calorem. Ex his
ergo aduertendum est ꝙ quecunq̄
plante aromaticos et calidos et sic
cos habent fructus: has autem con
gruit in montibus plantari ꝛ semi
nari: propter loci calorem ꝛ siccita
tem. Quecūq̄ autem solidos ꝛ hūi
dos habēt fructus: his magis con
uenit in vallibus seminari q̄ȝ i mō
tibus. propter quod vina ꝛ aroma
tica meliora sunt in montibus. et i
genere frugum auena melius q̄ȝ tri
ticum vel siligo in montibus pro
uēit. frumentum aūt ordeum ꝛ sili
go melius in vallibus proueniunt
propter suorum granorum solidita
tem. In valliculoso autem agro ne
cesse est fieri fossatum i medio val
lis magnum: ꝛ multa parua ad ip
sum descendētia: per que humoris
ipetus defluat. ne venientes de mō
te torrentes submergant semina q̄
iacta sunt in valle. Sic autem agro
culto domesticum seminib⁹ ꝛ radi
cibus plante ingerit nutrimentum.
et ideo planta tunc domestica effi
citur: cum ager satius̄s vt dictum
est tēperatur. Cū enim venter ꝛ ma
ter sit vegetabilium: oportet vt ip
sa ad cultum redacta: semina secun
dum agrum suas mutent disposti
ōes: Digerit enim cibum ꝛ facit eū
colericum aut fleugmaticū aut san
guineum. ꝛ postea per dispositiōes
cibi alterat' corpus ꝛ substātia plā
tarum. nam sicut arte medici dispo
sitiōes laudabiles acquirit vēter:
ꝛ tūc ad laudabiles dispositiones
cibi mutat ꝛ corpus. Sic sapiēs a
gricola ad laudabiles dispositiōes
mutat agrum per cultum. quo lau
dabiliter disposito: etiā plante lau
dabiles acquirunt dispositiones.
Eadem autem operatio est inter p
tum ꝛ matricem. ꝛ agrum ꝛ plātā.
quoniam licet operator sit sparma
masculi qui sicut artifex mouet ꝛ
format partum. tamē quia sanguis
menstruus trahitur in nutrimentū
partus: in multis sequitur matris
ꝛ matricis dispositionē. In agris
autem et plantis hoc est plus q̄ȝ in
matrice ꝛ partu. quia sicut i āteha
bitis est ostensum: non est proprie
masculus ꝛ femina: sȝ permixte sūt
hee virtutes in eodem. propter qd
terre dispositio est que alterat plā
tam ad domestice vel siluestris dis
positionem.

De cultu agri noualis.

Ger autem qui noualis
ab antiquis sapientibus
vocatur: duplex ē. vn⁹
quidem qui primum ad
cultum redactus est. Alter autem
ad quem interpositis quibusdam
quietibus: necesse est suam redire

nouitatē. sicut est ager qui duob⁹ annis seminatur: in tertio quiescit aut in quarto aut in quinto aut in sexto: aut i septimo. usq ad hunc enim tantum inuenimus diuersificari quietes agrorum. noualis autē qui vno anno seminatus plurib⁹ annis quiescere vult ꝓcerto mal⁹ est: ꝛ cultui ꝛ cultori ad vota non respondens laboris. Studium autem quod habetur in agro noualiū que nunc primo ad cultum sunt redacta: ē exstirpatio stirpium siluestrium: quarū radices nisi exstirpentur omnem sugunt agri humorem: ꝛ non permittunt semina nutriri: et ad debitum vegetari. ꝓpter quod etiam precipitur agrum nō seri diuersis seminib⁹: ne vnum adurat aut exsiccet aliud attrahendo ad se nutrimentum. Exstirpatis autem illis seritur ager. Et primo quidē propter non exhaustam virtutē terre: quam cōtraxit longa i ipso putrefactione herbarum et stirpiū diuersorū diu ferax est. aut sine aut cum paruo letamine. Deinde oporꝫ adhiberi letamen si ferax debeat permanere. ꝛ nisi sit pinguissimus ager: oportet aliquam interponi quietem presertim quādo cum substātia herbali ꝛ paleari plante seminate aut metuntur aut radicit⁹ expelluntur ꝛ euelluntur. Extracta enim agri pinguedine ꝛ virtute: necesse est ut nudus ager soli exponatᷣ tertio vel alio āno: cuius calore ꝛ lumine virtutem accipiat generandi sicut habent in prima germinatiōe. Spiritus enim viuificus plāte dū per semia ꝛ plantas attrahitur: humore ꝛ spiritu viuificis terra destituitur: et determinato tempore qescens ad agrum iterum reuocatur. sicut reuocatur ad vterum virt⁹ ꝯcipiendi per quietem inter partum ꝛ partum. Ad vnum enim agrum redit citius: ꝛ ad alterum tardius. Sed ꝙ ager magis et min⁹ fecūd⁹ ꝛ calidus ꝛ humidus ꝛ porosus ꝛ pinguis ꝛ subtilis inuenitur: hoc autem ostendit ꝛ ipsum nomen: q° niam nouale est quod redit ad virtutem pristinam per quietem innouatum: Omniū enim operum phisicorum testātᷣ hec opera. Que enim cum labore ꝛ expensa virtute perficiuntᷣ: nisi quiete iterposita restaurum accipiāt dissoluuntur ꝛ corrūpuntur. Quicunq igitur agri continuatis sationibus fructificant cōtinue: ex celo ꝛ humore suorū principiorum accipiunt inouationem: quibus instaurati semper possunt accipere pullulationem. ꝛ ideo cōtinue seminantur. Quicunq autem ager continuo humore non modo infusus: sed etiam coopertus illo i maiori parte āni: hoc est in hyeme ꝛ in vere quando debent pullulare semina: ꝛ i autūpno quando serendum est. aut coopertus est nimio humore frigido et grosso infusus. hic ab egiptiis qui primit⁹ agros distinxerunt vocatur ager subcenenus aut cenulentus. ille neq noualis est neq satiuus: qa i estate quādo in superficie siccatur: scinditur magnis scissuris lutum quod ē in superficie ipsius ex aqua frigida grossa que cooperuerat eum i superiori parte luti eius. ꝛ hic impedit pullulationem bonarum plātarū. Si que enim nascūtur plante i tali

agro ſilueſtres remanent: quia a
cide vel amare ſunt in ſapoꝛe: ꝓp
ter groſſiciem ⁊ frigiditatem ⁊ cru
ditatem humoꝛis. ⁊ in ſemine ⁊ in
fructu deſtituūtur propter defectū
ſubtilis humidi ex quo cauſantur
ſemina ⁊ fructus. Adhuc autem
quia tēpus eſtatis nō eſt ad pullu
lationem fructuū: ſed ad maturita
tem ⁊ exſiccationem. ⁊ ideo pronū
ciant de hoc agricultoꝛes ꝙ deſeren
dus eſt. quia nulla vtilis planta i
eo mutari poteſt ex ſilueſtri ad cō
ueniētes domeſticis plātis proprie
tates. Alium autem agrum vligio
ſum eſſe dixerūt antiqui cultoꝛes.
de quo ratiocinati dixerūt ipſum
ad cultū redigi nō poſſe. hic aūt ē
vligo ſicca ſiccitatē ꝯtiue obtinēs.
hec eſt ſiccitas pulnerulenta. ⁊ hic
eſt qui heremi habet naturam. cum
enim partes in ſuperficie non habe
at ſolidas ⁊ continuas non radica
bit i eo: ⁊ floꝛebit aut fructificabit
aliqua perfecta plantarum. nā plā
ta querit locum ſolide continuita
tis: in quo radicet' ⁊ floꝛeat ⁊ fruc
tum ferat. In vliginoſo enim tota
ſuperficies eſt potus. ⁊ quod ē ſub
tilis humoꝛis in fundo totum eua
poꝛatur. nec retinetur aliquid in ſu
perficie: quod reflexum contineat':
⁊ conſtet: ⁊ planta perfecte foꝛmet'
ex ipſo. ⁊ ideo quia talis ager plā
tam non ſuſcipit: non poteſt etiam
per arationes aut foſſas ad hoc re
digi: ut in ea fiat aliqua domeſtica
tio plantarum. ⁊ ideo relinquendꝰ
eſſe cenſetur: ⁊ in piſcinas ⁊ lacūas
redigēdꝰ. Que predicta ſunt de ter
ra vliginoſa: ſunt verba ⁊ ſentētia
Alberti. Alii tamē dicūt ꝙ terra v
liginoſa eſt in qua ſemper inſepera
bilis manet humiditas. dicētes ꝙ
vligo eſt naturalis humoꝛ terre ab
ea nunꝙ̄ deſcendens nec recedens:
vt inſeperabile accidens. et in hac
opinione videtur eſſe Paladius:
qui ayt ꝙ omne triticum ſolo vli
gioſo: poſt tertiam ſationem in ge
nus ſiliginis commutatur. nam ta
lis trāſmutatio ex ſuperflua humi
ditate: potius ꝙ̄ ex ſuperflua ſicci
tate procedit. ⁊ i multis aliis locis
Idem Paladiꝰ ſentit. Et cum eo
concoꝛdat Varro: ⁊ aliū multi qui
de hac materia tractauerunt.

De tempoꝛe ⁊ modo arandi: ⁊ diſſi
pandi herbas malas.

Ingues ⁊ ſicci agri locis
aridis de meſe Januarii
⁊ Febꝛuarii poſſūt ꝓſci
di ⁊ arari. In locis vero
temperatis et in humidis de menſe
Mai ⁊ Apꝛilis: videlicet quādo i
eis ſuperflua humiditas ē cōſump
ta. ⁊ terra iam ad equalitatem inter
humiditatem ⁊ ſiccitatem peruēit.
Eodem menſe Apꝛilis ⁊ Mai pin
lis. si cõuenent equata: mediocris. Dulcedo autem cognoscitur. si ex ea parte agri que magis displicet: si eiusdem equalitatis tot⁹ ager vi detur: glebam fictili vase madefac tam dulci aqua indicio saporis ex plores. Vineis quoq; vtilẽ: p hec signa cognosces. si corporis aliqua tenus rari atq; resoluti est. virgul ta que ꝓtulit nitida levia viridia procera fecũda sunt: vt pir⁹ silues tris prunus rubi ceteraq; huiusmo di. neq; itorta neq; debilia neq; ma cra exilitate languentia. Et hec in communi dicta sufficiant de terra congrua vineis: quia pleni⁹ dicã de ipsa in libro vinearũ. Sed cũ sint genera terrarum plurima: pin guis aut macra: spissa vel rara: sic ca vel humida: lapidosa vel non lapidosa: montuosa vel plana. et ex his pleraq; viciosa: tamen ꝓp ter seminum ⁊ plantarum differen tiam sepe necessaria. maxime tamẽ ⁊ absolute eligendus est piguis et resolutus ager vbicũq; situs. quia hic minimum petit laborẽ et fructũ maximum reddit. Secundi meriti est spissus ⁊ pinguis. quia licet la borem maximum petat: tamen ad vota respõdet. Illud vero deterri mum genus est: quod erit siccum si mul ⁊ spissum macrum ⁊ frigidũ. qui ager more pestiferi fugiẽd⁹ ẽ.

Verum cũ agri sint variis vtili tatibus deputati. Varro recitat ca thonem in nouem genera diuisisse. ac graduum vtilitatem scripsisse: ait enim meliorem agrũ esse illum: vbi vinea possint esse bono vino ac multo. Secundo vbi ortus irri gu⁹. tertio vbi salicta. quarto vbi oliueta. quinto vbi pratum. sexto vbi campus frumentarius. septio vbi cedrie silue. octauo vbi arbus ta. nono vbi glandaria silua. Sed aliqui dant primatũ bonis pratis: quia modicas aut nullas requirũt expẽsas. cõtra in vineis eo q; fruc tũ sepe sumptu deuorãt.

De situ qui conuenit agris ratione fecunditatis eorum.

Situs terrarum secundũ Paladium non sit adeo planus vt stagnet. nec ꝑ rupt⁹ vt defluat. nec ob rut⁹ vt in ymum deiecta valle sub sideat. nec arduus vt tempestates inmodice sentiant ⁊ calores. Sed ex his omnib⁹ vtilis semper ⁊ ade quata mediocritas requiratur: vi delicet vt cãpus aptior sit: ⁊ hũo rem plurimum cliuo fallente sub ducens. vel collis molliter per la tera inclinata deduct⁹. vel vallis cum quadam moderatione ⁊ aeris laxitate submissa. vel mons alteri us cacumis defẽs⁹ obiectu: ⁊ a mo lestiorib⁹ ventis aliquo liber auxi lio. vel sublimis asper. sed nemoro sus et herbidus. Preterea positio agri qui eligend⁹ est: ea sit in frigi dis prouiciis. orienti vel meridia no lateri ager debet esse opposit⁹: ne alicuius magni montis obiectu his duabus partibus exclusus: al gore rigeat. In calidis vero proui ciis: pars poti⁹ septentrionalis op tanda est que vtilitati voluptati ⁊ saluti equa bonitate respondeat. Item ait Varro q; quatuor extra fundum consideranda sunt: qui b⁹ fundus vtilior vel min⁹ vtilis

redditur. Primũ est si regio prox
ima est infesta. quãuis fertilis sit
fundus: inutilis tamen est propter
latrocinia. Secundum si in regiõe
propiqua sunt homines qui emãt
que in fundo sunt venalia. vel nõ
care vẽdant que fundo sunt opor
tuna. fructuosior enim fundus est
Tertiũ si nimis longiqua est vt ex
ea difficile necessaria portentur ad
fundum: min⁹ fructuosior cẽset̃.
Quartũ eũdem fundum fructuo
siorem faciunt vecture: si vie sunt
quib⁹ plaustra vel naues portare
ac exportare necessaria possint. Re
fert etiam ad fundi fructus quem
admodum vicinus in confinio cõ
situm agrum habeat. si enĩ ad limi
na quercetũ habeat: non possis rec
te secundum eam siluam serere ole
am. quod vsq͛eo est contrariũ na
tura: vt arbores non solum minus
ferant. sed etiam fugiant vt intror
sum in fundum se reclinent. ⁊ in ꝯ
finio vitẽ ⁊ fundum faciãt sterilẽ.

De munitiõib⁹ vinearum ortorum ⁊ agrorum.

Vinearum ortorũ ⁊ agro
rum munitiones multis
modis fiunt. Quidã enĩ
fossatis cingunt. quidã
sepibus ex palis et viminibus fac
tis. Quidam spinorum aut aliarũ
arborum plantis. Et fossarum q
dem munitiones plurimum defen
dunt ab ingressu hominum ⁊ ania
lium rapacium. ⁊ ab iniuria vicia
rum aquarum ad loca defensa flu
ẽtium: ⁊ maxime si ripas habẽt ve
lut sufficientes aggeres eleuatos.
Multum etiam conferunt agris et
vineis nimiũ humidis ⁊ aquosis:
vt ab eis fluat superfluus humor
aquosus. segetes necans: ⁊ in loliũ
⁊ auenam conuertens. ⁊ completã
digestionem humoris vuas nutriẽ
tis impediens. Et hec quidem fos
sata magna vel parua faciẽda sunt
secundum ꝙ magis ⁊ minus aquo
sa sunt loca: ⁊ secundum ꝙ magis
⁊ min⁹ hominum ⁊ animaliũ intra
re volentium timent noxam. Fiũt
autẽ optime toto estatis tempore:
si aqua subterranea vel in fossatis
reparãdis collecta non impediat.
in quibus locis faciẽda sunt de mẽ
se Augusti Septẽbris et Octobris:
quibus mensibus aqua fossarum
⁊ supficiei terre maxime consump
ta est. Qualiter autem noua fiũt
fossata notũ ẽ. quia ab vtraq͛ pte
latitudinis filum seu funis extẽdi
tur ⁊ signatur. deinde cum vangis
in creta ⁊ acironibus in sabulo fo
diuntur. ⁊ cum badilibus extra re
manens contrita terra proicitur. ⁊
ripe cũ zappis seu vãgis vel aciro
nibus poliũtur. Vetera vero fos
sata reparantur hoc modo. primo
quidem omnia fossorem impediẽ
tia cum ronchonibus exstirpẽtur.
Deinde cum ligonibus fundus ra
datur: ⁊ terra cum herbis rasa proi
ciatur ad viam. Deinde cum ligõi
bus adequentur et formentur ripe
secundum ꝙ stare debebunt. ⁊ pos
tea libere fossatum quãtum placue
rit fodiatur. Notandum est tamẽ
ꝙ in terra cretosa non debent fieri
ripe nimis sꝫ parũ pẽdentes. qa p⁹
gelidam hyemem adueniẽte veris
calore dissoluerent̃ ⁊ ruerent. sed ĩ
lapidosa vel soluta terra nõ facile

munt ripe. Munitiones sepium que de palis et viminibus fiunt. precipue locũ habent vbi materie ipsarum habetur copia: et vbi multitudo arborum spinorũ plãtationẽ et conualescentiam impediret. Que quidem qualiter fiant notum ẽ. quod affixis palis acutis semipede distantibus: texuntur vimine et spinis desuper muniuntur: et cum paucioribus palis et viminibus. debiliores tamen fiunt si affixis palis duobus vel tribus pedibus inuicem remotis: quatuor partice distãtes equaliter ex transuerso ligantur. deinde sursum rectis viminibus positis contexuntur. Munitiones autem que de spinorum plantis et arborum fiunt: hoc modo faciende sunt. videlicet quod fiat in loco munitionis sulcus vno pede concauus: et tantundem latus in quo plante aliunde radicate vno palmo aut duobus distantes ponantur. et terra que inde remota fuerat: optime trita operiantur radices. deinde fodiatur fossatum si fieri debet ibidem: et terra super dictas plantulas eleuetur. et cũ tota sursũ eleuata fuerit: in summitate si placuerit alius fiat sulcus: et similis plantatio fiet. Poterunt etiam multe plantationes fieri ad fortiorem munitionem si placuerit secũdũ modũ in primo libro traditũ: cum de tumbis et curiis loquerer. Notandum tamẽ est quod vbi multũ necessaria est clausura: ex spinis tãtum faciende sunt plãtationes. Vbi vero non tanta necessitas et lignorum habetur penuria propter ignem: possunt comode fieri plantationes et precipue superior: ex plãtis vlmorum et prunorum cycomorum et similium. que omnes plãtationes tertio anno cum conualuerint affractẽtur et plicẽtur: ut fortes fiãt et spisse. et vbi perdite fuerit: reparẽtur: Deinde cum spisse creuerint intricate disponantur. et ligentur vbi opus fuerit: et non iuxta terram sed vno pede supra eam. Incidãtur tempore Octobris et Nouembris et melius Februarii et Martii vsque quod incipiant turgescere gemme. hoc enim modo loca semper clausa erũt. et sepis inspissabitur: pullulans in summo stipitũ: in medio: et radice.

Ex his tamen que in superiori acie sunt plantate poterunt alique quibusdam pedibus distantes sine insitione relinqui: vt fructum ferant. aut pro igne seruentur vel edificiis deputentur. Et plante quidem spinorum in acie inferiori ponende: sint inde spinorum aut alborum aut prunorum vel rosarum siluestrium et similium spinas acutas habentiũ. Que vero in suprema ponẽde sunt arbores: sicut prune domestice que spinis suis defendunt et spissa earum pullulatione claudunt: igni tertio vel quarto anno seruiunt: et plurimum fructum ferunt. vel sunt plante vlmorum vel salicum vel populorum vel micolorum et cicomorũ aut malagranatorum in calido aere vel tẽperato et similium arborũ. et precipue facile pullulantium a radice. Notandum ẽ tamen: quod si terra sit adeo frigida et dura: quod in ea plãtule difficile cõprehẽdant: plantule solummodo cicomorum cum radicibus vel sine ponantur ibidem. que nõ refugiũt talẽ terrã.

Et si est campus: vlmus est vtili or omnibus aliis plantis. qui ⁊ se pem sustinet: ⁊ accolit vuas. ⁊ frōdem iocundissimam ministrat oui bus ⁊ bob9. ac virgas prebet sepi bus ac foco ac furno. ⁊ est in mul tis operibus oportunus. Si vero plantule desunt in partibus illis aut aliunde: portentur radicibus coopertis ⁊ optime ꝑparatis: vt a calore defendātur. et vēto aut ma turitatis fructuum tēpore colligāt' ⁊ sole siccentur semina. ⁊ i semina rio mense Januarii vel Februarii sata aut plantata nutriantur: vt se qnti vel 3° āno ipsoꝝ copia facile habeatur. Paladius tamē precipit matura colligi semina rubi: ⁊ spine que rubus caminus vocatur. et cū farina herebi ex aq̄ macerata misce ri funes. deinde sparceos veteres mixtioni sic iduci: vt inter funes semina recepta seruentur vsqȝ ad verni temporis inicia. tunc vbi se pis futura est duo sulci tribus pe dibus a se separatis sesqȝpedis al titudie fiant et p vtrosqȝ cum semi nibus obruant' funes leui terra. In tricesima die procedūt cētes quos teneros amminiculis op9 est adiu uare. qui inter se per spacia relicta vacua iungentur.

De fluminum defensionibus.

Flumia suo impetu sepe ripas possessionum fodi unt. ⁊ in eis operant' rui nas. Et quādoqȝ sui cre mento ⁊ depressione vicinorum lo corum inundant: et operiunt terra rum superficiem. Et vbi sua rabie ruinas operantur: rupes modicum superius fortes fiant secūdum im petum amnis. aut ibidem mergan tur ciste cum magnis cornibus lig neis ad modū crucis ab vtroqȝ ca pite factis. ⁊ viminibus cōtexte ⁊ lapidibus plene q̄ bergulli dicūt'.

Ubi vero aquarum habundātia superficiem operit ⁊ segetes necat: fiant aggeres fortes ⁊ magni tales q̄ eorum potētia aquarum iniurie contradicat. Et si in aliquo loco debilitatur agger: anteq̄ deficiat a lius conueniens post ipsum fiat. ⁊ debilitatus in quibusdam icida tur locis: vt currus bestie ac homi nes nouum aggerem percurrere et conculcare cogantur.

Incipit liber tertius..

De campestribus agris colendis ⁊ de materia ⁊ vtilitate fructuum q ex ipsis nascuntur

Campestrium agro rum cultus in libro secūdo generaliter traditus est. Nunc autem in hoc tertio libro dicā singula riter de cultu ⁊ vtilitate cuiuslibet seminis ⁊ fructus: qui seminatur ī eis ⁊ ex eis percipitur. secundum ordinem alphabeti. Et primo qdē dicam de area et de orreis: que v nicuiqȝ seminum comunia et neces saria sunt.

De Area

Area lōge a villa esse nō debet propter deportādi facilitatem. et vt fraus nō timeatur domini vel

ꝓcuratoris vicitate suspecta. Sit autem vt Paladius ait: vel strata silice vel saxo montis excisa: vel sub ipso triture tēpore vngulis pecorū ꝛ aqua admixtione solidata. sit circa hanc locus altus planus ꝛ purus in quem frumenta trāsfusa refrigerentur et orreis inserantur. que res in eorum durabilitate proficiet. Fiat deinde proximum tectū vel habeantur sextoria ꝛ similia: vt tempore ymbris subito mūda ꝛ semitrita trāsferantur vel operiant̄. Sit autem loco sublimi ꝛ perflabili vndecunqꝫ: longe tamen ab ortis ꝛ vineis atqꝫ pomeriis. Nam sicut radicibus virgultorum prosūt letamen ꝛ palee: ita insidētes frondibus perforant ꝛ corrumpunt.

De orreis

Itus orreorū superior ꝛ longe ab omni olere et letamie ꝛ stabulis ponēdus est frigidus vētosꝰ ꝛ siccꝰ. Sed frigidis granariis vt Paladius ayt amurca luto mixta parietes liniuntur: cui aridi oleastri folia vel oliue pro paleis adiciūtur. que vt siccata fuerint frumēta congregentur. hec res gurguliōibus ac muribus ꝛ ceteris noxiis animalibus inimica est. Aliqui coliandri folia frumentis miscent ad seruādum pro futuro. hec Paladius. Nihil tamē comodius erit diu custodiendis frumentis. q̄ꝫ si ex orreis ī alterū locum vicinū trāsuersa refrigerēt̄ aliq̄ntis diebꝰ: atqꝫ ita orreis inferant̄. Negat columela vētilanda esse frumenta. quia magis miscentur animalia totis aceruis. que si non moueātur: ī summitate intra mēsuram palmi subsidēt. et hoc corrupto velut coreo illesa durabunt. Adhuc cauendum ē ne pauimentum super quod ponitur: humidū sit. aut rarum: sed solidū et bene planum ne muribus prebeat habitaculum per foramen: In super etiam diligēter attendendum est: ne sit locus excedens in frigore vel calore. quia vtrūqꝫ segetes corrumpit ꝛ perdit in eis virtutem naturalem. Aliqui puteos faciūt: horum solum et latera paleis substernunt. ꝛ curant ne humor aut aer tangere possit nisi cum promat̄ ad usum. quo enim spiritus nō peruenit ibi non oritur curculio. sic conditum triticum manet ānis quinq̄ginta. milium vero plus annis centum vt Uarro scribit.

De auena.

Uēa duplex ē siluestris ꝛ domestica. Siluestris nascitur in frumento. cū granum eiꝰ satum nimia mollicie et intemperantia terre conuertitur ī auenam. que ab ea in herba cognoscitur: quia latiores viridiores ꝛ pilosiores habꝫ frōdes. ꝛ huiꝰ granū nigꝝ ꝛ pilosū est. ꝛ maturatur ꝛ cadit ante maturationem frumēti. Domestica ē alba nō pilosa. ꝛ seminatur tēpore seminum frumenti ꝛ eodem modo. ꝛ melius mēse Januarii Februarii ꝛ Martii. et etiam ī macra terra bona prouēit. ꝛ eundem querit aerem et similem terram desiderat. Albertus tamē dicit: qꝫ siccum querit agrum ꝛ modicum āte messes frumēti maturatur

⁊ colligit᷑. ⁊ tā herba vtriusq̧ aue ne q̄ȝ semē ē optimū pabulū equoꝝ ⁊ boum ⁊ azinorum ⁊ muloꝝ.neu tra vero ipsarum homies nisi ꝓp ter necessitatē in sui cibo vtuntur

Virtutem habet relaxandi omnē tumorem ⁊ duricies. ⁊ faciei inmū dicies depurgandi vt dicit plante arius.

De cicere.

Icer notum ē. Et eius qdem diuersitates sunt. Quia quoddam ē albū: quoddam sanguineum. ⁊ ex his quoddam grossum et qd dam paruum. quoddam est rubeū ⁊ aliud est nigrum. Ex quibus sā guineum tantum rugosum corticē habet ⁊ est melius ceteris. Reliqua omnia corticem habent politū. Op time nascitur in aere temperato et humido. ⁊ terram pinguissimam ⁊ solutā desiderat. ⁊ cretā etiā nō for midat. Seminatur mēse Februarii i locis calidis. tēpatis Martii. Fri gidis vero demense Aprilis. Cui proderit vt cito nascatur: si molle seratur. ⁊ maxime aqua letaminis cum tarde seritur. Et circa sulcos ortorum optime plantatur. ⁊ cum maturum est colligitur remanenti bus herbis. Media corbe seminis bubulca contenta est. Sarculatur herbis: mundat᷑ vt faba. sed nebu lis leditur. Et yride aut melumine facile perit. Colligitur quidē gra nis existentibus siccis. et cum lūa multum processit in defectu. Cicer album secundum ysaac calidū est in primo gradu: humidū i medio. Rubeum autem est calidius ⁊ mi9 humidum. Sed Auicēna dicit: q̧ vtrunq̧ est calidum ⁊ siccum i pri mo gradu. ⁊ nigrum est forti9. Ci cer plurimi est nutrimenti. ac ven trē humectat. sed inflationem gene rat ⁊ ventositatem. Idcirco auget sperma: ⁊ coitum valde confortat. Quia tres habet in se causas ad coi tum pertinentes scilicet calorem nu trimentum et inflationem. Ideoq̧ valde competit admissariis equis cum multitudinem equarum neces se habuerint coire. Ypocras dicit q̧ ciceris potestates due sūt: ⁊ cū coq᷑ eas amittit: ⁊ ī aq̄ vbi coq᷑ redeūt. Vna dulcedinis: altera sal suginis. Cum dulcedine sua nutri mento bono nutrit. ⁊ lac augmētat ⁊ ventrem humectat. Cum salsugi ne vero humorem grossum soluit ac minuit: Vrinam et menstrua prouocat. ⁊ valet ictericis ac ydro picis: et ad totius corporis pruri ginē. Et si ī eius iure lauetur ipeti ginem ⁊ serpiginem mundificat. I tem secundum galienum: Cicer e ducit lūbricos: ⁊ valet ad opilatio nē splenis ⁊ epatis ⁊ fellis. ⁊ lapi des frangit in renibus et vesica. sȝ nocumentum est vulneribus. renū ⁊ vesice. Cicer nigrū est magis diu reticum ⁊ apertiuum. ⁊ ideo plus valet in apertione splenis ⁊ epatis ⁊ strictura lapidum ⁊ lūbricis edu cēdis. ⁊ precipue si cum apio coq̄ tur: ⁊ ius ipsius bibatur. Albū ve ro est melius in augmentatione lac tis ⁊ spermatis. Auicenna dicit q̧ Cicer clarificat vocē et nutrit pul monē melius q̄ȝ res aliqua. et prop ter hoc fiunt sorbitiones ex farina ciceris. Et oportet q̧ cicer comode

comedat' neq̃ i principio cibi: neq̃ in fine: sȝ in medio eius. ⁊ vehemẽter addit in coitu. ⁊ eius īfusio facit erigere membrum fortiter: quando bibitur a ieiuno.

De cicercula.

Cicercula nota est. aerem humidum desiderat. et terram pinguem et cretosam. Seminari potest ī solida terra vt faba. deinde arari ⁊ sulcari tempore Januarii et Febeuarii. ⁊ in principio Martii seritur. et media corbis complet bubulcam. Bonus cibus est animalibus. ⁊ homines ea vtuntur elixa. et in turtis: et in pane cum aliis generibus bladi pro familiis tenuibus: ⁊ hoc qui laboribus exercentur.

De canabo.

Canabum est de natura lini: ⁊ ideo similem aerem desiderat ⁊ terrã: sed nõ oportet vt sit totiens exarata. Verum tamen qui volũt habere canabum pro funibus: semiare debent ipsum in locis pinguissimis. in quibus longum valde proueniet et grossam et multam stupã habens ex grossicie corticis eius. ⁊ quanto rarius seminabitur tanto magis ramosum erit. Qui vero volunt ex eo facere pannos scilicȝ saccos lithcamina ⁊ camisias: seminẽt ipsum in locis mediocriter pinguibus ⁊ solutis in quibus spissum. ĩ quibus proueñiet sine ramulis quasi magnum linum. Et tale cõpetẽs erit predictis operib9. ⁊ iterum erit necessarium piscatorib9 pro rethib9 eorum. nam canabum valde melius defenditur in aqua q̃ linum. ⁊ similiter rethe ex ipso factũ. Seritur autẽ de mense Aprilis ⁊ i fine Martii. ⁊ herbis sarculo mundat' ⁊ manib9. Colligitur canabum cũ matura sunt semina ei9 scilicet masculinum: ⁊ in fassibus ligatum ponuntur in aliquo loco duo fasses simul: vt semia vnius sint super semina alterius: ⁊ radices opposite. ⁊ cooperiuntur summitates seminũ cũ herba vel q°libȝ stramie: sup q° ponunt' lapides aut terra vt seminum maturitas compleatur. ⁊ cum sic per sex aut octo dies steterit: eleuãt' stramia aut lapides. et põitur lintheamen sub vel iuxta semina. ⁊ excutitur semẽ: quod facile cadit. Sed femininum quod semen non habet: totum per decẽ dies ãte masculinum colligitur cum albescit. deide totum simul maceratur in aq̃. ibiq̃ dimittitur donec stupa possit a ligno separari. ⁊ ipsum lignũ putrefactum conteri. ⁊ maxime quod ex eo subtile est. Quod vero grossum est valde ⁊ longum velut pertice depilari potest a ligno stupa. que facile ab eo carpitur postq̃ fuerit maceratum: ⁊ in aqua lauãdo cõcussum ⁊ postea exsiccatum. Et nota q̄ ex eodem semie canabi nascatur canabum ramosum: quod semina ĩfinita producit. ⁊ aliud nõ ramosum quod seminibus omnĩo caret. Semen eius optimum est ꝑ auiculis: ⁊ ipsum libenter assumũt sibi in escam.

De frumento.

Rumētum ē granum qđ ceteris ōnibus corporis humani conuenientius nutrimētū ē: ꝓpter similitudinem sue complexionis. Eius quidē diuersitates multe sunt. Nā quoddam est nouum: vnius videlicet anni vel minoris etatis. ⁊ hoc maxime conueniens prebꝫ nutrimētum. ⁊ tale seri debet. Et quoddā ē maioris etatis. ⁊ hoc minus laudabiliter nutrit. nec seminibus competit: quia raro vel debiliter nascitur satum. Et cuiusdam granum ē longum mediocriter: ⁊ album vel rubeum subtilem habens corticem: ⁊ farinā interius albā. ⁊ hoc ē optimū. Quod vero est grossum rotōdū rubeum vel album aut lucidum ē minus bonum. Et pasta quidem que fit ex eo nō ē tenax. nec eiꝰ panis crescit i altum. Que vero fit ex primo est valde tenax. et eius panis multum augetᷣ. sed ex agro collectus mensure minꝰ respōdet ꝙ̄ grossum. Et granū quidem quod i terra pingui nascitur: est pinguiꝰ granuiusqꝫ in pōdere ⁊ nutribilius. Qđ vero in terra macra oritᷣ: contrariū existit. Et quod in regione vel terra calida nascitur est calidius. et quod est frigida est frigidius. qđ in sicca siccius. ⁊ quod in humida regione vel terra prouenit: est hūidius. Et est quoddam in spicis tōsū ⁊ hoc licꝫ breues faciat spicas: ⁊ nebulam seu melumen timeat: plꝰ ꝙ̄ viscosum vt quidam dicunt: tamen a radice pullulat ⁊ spicarum numerum duplat. grossum vero ⁊ maxime spicas habens rubeas: licꝫ eas magnas producat et grossas atqꝫ multum granosas: tamen parū pullulat: ⁊ rariores inuēitur spicas habere. In omni climate habitabili nascitur. licet habundantius ⁊ nobilius proueniat in regionibꝰ temperatis: sicut in tertio quarto ⁊ quinto climate. Terrā desiderat pinguem aut mediocris pinguedinis ⁊ dulcis saporis. Cretam diligit: ⁊ in mediocriter soluta bonum prouenit. nimis vero solutā aut sabulum nudum recusat. patenti cāpo letatur ⁊ leditur vmbris. locis humidis ⁊ aquosis degenerat. et ī loliū ⁊ auenam conuertitᷣ. Frumētum vero collis grano robustiꝰ ē: sed mensure minus respondet. Seminatur autem in frigidis ⁊ niuosis locis ī fine Augusti ⁊ toto Septembri. Temperatis in fine Septembris ⁊ toto mēse Octobris. In calidis vero in fine Octobris ⁊ toto mense Nouembris. In quibus ōnibꝰ locis priꝰ exiles terre serantᷣ vt frumenti sati radices ante hyemem tenualescāt. Vltimo pigues que si mature serantur luxuriant ī spuria diuersarum herbarum que frumenta necant. In iugero seu bubulca: seminis corbis vna sufficiet. Et si predicto tempore terra fuerit nimis sicca: semia spersa melius ī agris ꝙ̄ ī orreis seruabuntᷣ. Si vero nimis mollis: gelicidio sequentis hyemis corrigetᷣ: si extra agrū aq̄ poterit deriuari. ne germē extingat. Si terra sit tēperata ī octo diebus terrā egreditᷣ vel paulo post. Colitur campestris frumentarius ager hocmodo. Eo diligenter exculto: secundum doctrinam ī generalibꝰ traditam: ⁊ eo semiato

iterū aret᷒ ⁊ ligonibus vniuersum semen operiatur. glebe rumpātur et ex eis sulci mundentur: tam directi minores: q̄ȝ transuersales maiores per inferiores agroꝝ partes impſ ſi. per quos aque pluentes libere ſi ne obſtaculo ad foſſata deriuent᷒. que ſi tēpore quo granum eſt i lac te ⁊ incipit germinare i agro rema neāt: semen extinguent. Menſe ve ro Januarii poſt gelicidiū Februa rii ⁊ Martii poſtq̄ȝ frumentum eſt quatuor foliorum: sarculo ⁊ mani bus ab ōnibus adulterinis herbis mundetur ita ꝙ herboſis locis ma turius: non herboſis ſerius. Menſe vero Mai nō ſunt tangēda frumē ta. quia florent octo diebus. deīde flore depoſito diebus quadragin ta grandeſcunt: vſq̄ȝ ad maturita tis euentum. Idem dicit Paladi⁹ de ordeo ⁊ de ceteris q̄ ſunt ſemis ſingularis. Menſe Junii locis ma ritimis ⁊ calidioribꝰ ac ſiccis: tem peratis vero ⁊ frigidis menſe Ju lii tritici meſſis abſcinditur. quam paratā eſſe cognoſcis: ſi equaliter ſpicarum populus maturato rubo re flaueſcit. Et modus quidem me tendi ſolitus notꝰ eſt. Pars vero galliarum planior hoc compendio vtitur ad metendum. Et propter hominum labores vniꝰ bouis ope ra ſpacium totius meſſis aſſumit. Fit igitur vehiculū quod duabus ratis breuiter fertur. huius ſuperfi cies tabulis munitur: que forinſē cus declines. in ſūmo reddunt ſpa cia longiora ab eius fronte carpen ti. breuior ē altitudo tabularū. ibi denticuli plurimi ac rari ad ſpicaꝝ menſuram conſtituuntur in ordine

ad ſuperiorem partem de curru. A tergo vero eiuſdem vehiculi duo breuiſſimi timones figurantur: v bi bos capite in vehiculum verſo iugo aptatur. ⁊ bos manſuetus: q nō modum compulſoris excedat. Hic vbi vehiculum per meſſes ce perit pellere: ōnis ſpica in carpētū denticulis comprehenſa cumulatur abruptis ⁊ relictis paleis: altitudi nem vel humilitatem plerunq̄ȝ hu bulco moderante qui ſequitur. et ita per paucos itꝰ ac reditus breui temporis ſpacio tota meſſis imple tur. hoc campeſtribus locis vel eq̄ libus vtile eſt vbi neceſſaria palea non habetur. Secata frumenta in mane vſq̄ȝ ad tertiam. vel tota die cum aer temperatus ē ligantur. q̄a in horis nimie ſiccitatis ſpice ac li gamina ex eadem ſegete frangūt᷒. deinde ligata portantur ad artam faſciculis numeratis. ⁊ ſub tecto a liquo aut in harchis taliter diſpo nuntur ꝙ aqua pleres intrare non poſſit. ibiq̄ȝ congregentur: donec fuerit vniuerſa meſſis expleta. Poſtmodū triturantur aut virgis aut equabꝰ. ſed virgarum tritura melius totum frumentum de pa leis excutit. trituratio vero eq̄rū velociꝰ: ⁊ fractione palearum eas nutrimento animalium melius pre parat. Ab omnibus folliculis ⁊ ſe minibus extraneis euētatione mū dantur. ⁊ conuenienter exſiccata ⁊ refrigerata in areis ad orrea ſeruā da portantur. Cuius durabilitati proderit: ſi ſepe inquiratur ne itra ſe aceruī calore ifi ciātur extraneo. Quod quidem cum acciderit: per granaria ſiue orrea moueantur vel

euertētur. vel quod meli⁹ ē ad so lem ⁊ aerem deportentur: ⁊ refrigerata iterum orreis inferantur. Generaliter tamen de omnibus grāis preter milium compertum est: q in stipulis suis diutius q̄ excussa seruantur. Frumentum secūdum Ysaac calidum ē ⁊ humidum temperate. Cortex eius calidus ⁊ sicc⁹ est ⁊ mundificatiuus. nutrimentū ei⁹ est paruissimum. ī aqua calida missus ⁊ perfricatus atq̧ colatus coctusq̧: pectora ⁊ pulmões viscosis humoribus purgat. ⁊ si aq̄ mittatur ī lac nutribilior efficitur. Si cum vino aqua mixto coquatur ⁊ fiat cathaplasma de eo: mamillis duris propter lac coagulationem dissoluit. Ysidorus autem dicit: q farina frumēti cum melle mixta faciei pustulas sanat. mamillis ex coagulatione lactis induratis cum adipe ⁊ vino decocta duriciē mollificat. Collectiones ⁊ apostemata maturat. neruos īduratos ⁊ īdignatos ⁊ quasi spasmatos relaxat. Et eadē dicit Diascorides. Farmentū cum sale mixtū apostemata maturat. Tritici recētis ⁊ noui nutrimētum parum crudum flanticum et inflatiuum existit. rugitum et dolorem lateribus cōmouet. assatum magis nutrit. ventositatem minus facit ⁊ stipticū ē. In aqua coctum grauissimum est ⁊ inflatiuū. digestiōi durum. ⁊ rugitum mouꝫ: hūores densissimos viscosissimos generat. Sed tamē si bene digerit̄ multum nutrit. ⁊ membra confortat. ꝓpterea dari oportet eis q magnis laboribus exercentur. Granū fractum si cum lacte coquat̄: sanguinē bonum ⁊ laudabilem generat ⁊ nutrimentum multum. Si tamen sepe sumātur: opilationē epatis ⁊ duriciem splenis ⁊ lapidem in vesica ⁊ renibus faciūt. maxime si renes calidos naturaliter vel accidētaliter inueniant. Et pasta quidem frumēti qua plurib⁹ vtimur modis siquidem azima: viscosa est inflatiua et ad digerendum dura. Ideoq̧ inflationes ⁊ dolores. et opilationes generat. ⁊ nutrimentum durū ⁊ grossum ⁊ illaudabile reddit. q̄re exercitantibus tantum conuenit. Si vero fuerit farmentata: bonum ⁊ laudabile generat nutrimētum. Si vero fixa vel sub prunis cocta: mala est. quia exterius dura et interius viscosa: ⁊ semicocta remanet. Ideoq̧ nec ociosis cōpetit: propter viscositatem ⁊ cruditatem itrinsecam nec exercitantibus propter duriciē ⁊ adustionem extrinsecam. Panis in forma magn⁹: corticem subtiliorē ⁊ duriorē habet. propterea ei⁹ cortex parum nutrit: ⁊ ē ad digerēdum dur⁹. humiditatem desiccat: vnde ⁊ ventrem cōstipat. medulle vero multum habet. ⁊ ipā medulla est grossa viscosa humida inflatia ⁊ flegma viscosum generat. Pāis autem parui ⁊ subtilis interiora: ignis perforat ⁊ medulle humiditatē desiccat. vnde parū nutrit. ⁊ tarde egeritur. ventremq̧ constipat. precipue si frigid⁹ sit: ⁊ vno vel duobus diebus a coctione longinqu⁹. Qui vero est mensure medie in forma est medie potestatis. Et panis quidem cui⁹ ignis ī coctione magnus fuit: habet exteriora exsiccata ⁊ īdurata. Interiora vero nō bene

cocta. quia velociter cortex indurata non permittit focum ad interiora penetrare. Ideoq cortex est dura non nutriens sicut fere incensa. unde siccissimum sanguinem parit et constipat ventrem. Et mica qdē viscosa grossa et indigesta. unde crudos et viscosos generat hūores. Si enim anteq coctus sit extrahatur viscosus erit: fortiter digerentibus et exercitantibus tantum necessarius. Et si dimiss9 fuerit usq q coctus erit: siccus erit: et stipticus et durus digeri. Mediocris vero focus: temperatus est. quia totum penetrat corpus panis equaliter. Et coctus quidem in furno melior est. quia totus equaliter coquitur. sub testis vero deterior: quia foc9 in una pte magis operatur: et altera cruda remanet et viscosa. et ideo ad digerendum durus est. Si ergo sepe comedatur post multum tēporis inflationes et dolores lateris generabit: Similiter subcinerici9 aut super carbones coctus: velociter extrinsecus desiccatur. interius vero grossus remanet et viscosus: et multum cineris cum eo admiscetur. maxime si ligna sint mollia: et cito incendantur. et ideo inflatiōes gravitates membrorum et obscuritates facit. Et panis quidem calid9 aut recens: magis est humid9 et nutritiuus. qui post unum aut duos dies accipitur laudabilis est: quia tēperatus est interius et exterius. Siccissimus rarus est et levis causa ablate hūiditatis. unde humores desiccat et generat sitim: propter desiccationem stomachi. et ventrem constipat. Panis autem temperate habens fermentum: et sal et bene cōfectus: et sicut oportet coctus: facile ī stomacho digerit et sanguinem clarissimum in corpore generat. Unde comodior est eis qui in quiete sunt et deliciarū delectatione. Exercitantibus et laborantibus inconueniēs est propter sui subtilitatem et facilitatē dissolutiōis ex membris eorum. Panis vero parum fermentatus: sal non habens nec bene coctus. viscositatem creat et grossiciem. propter hoc aptus est exercitantibus et fortiter digerentibus. Panis vero superfluum frumenti et salis habēs minime nutrit et confortat. Virtus enim salis humiditatem eius desiccat. fermētum vero cōiunctionem rarificat.

De faba.

Faba qdā grossa: quedā parua est. Item quedā alba. quedam nigra est. Et iterum quedam facile coquitur. quedam dure. Et alba quidem que facile coquitur est melior: et parua saporosior est et magis fertilis q grossa. Grossa vero pulchrior: sed minus fertilis. In ōni aere habitabili prouēire dicit. Terram desiderat pinguem et cretosam: et in ea subtilem facit corticem et facile coquitur. et in mediocriter soluta satis conuenienter nascitur. In sabulo vero et macra non bene prouenit. et q ibi nascitur grossum habet corticem. et dura est ad coqndum: nisi talis ager letamine īpinguetur. tunc enim eius malicia emēdatur. Melior tamen semper ē q nascit ī terra pigui cretosa: Seminat

autem ĩ stipulis ⁊ terra nõ arata. li cȝ ⁊ i arata seri cõgrue possit. Sper gitur autem semen in locis calidis aut temperatis mense Nouembris et Decembris. Frigidis autem aut temperatis: de mẽse Januarii ⁊ Fe bruarii. cum terra post forte gelici dium talis est: ꝙ possit arari post sparsum semẽ. Et melius quidem ĩ humida ꝙ̃ sicca terra seritur. Sed ⁊ seri potest de mense Martii: max ime in terra valde pingui. cui mul tum ꝓderit cũ tarde serit᷑ si madi da semietur. sic enim statim germi nare ⁊ nasci cogetur. ꝙ si in aqua letaminis duobus vel trib⁹ dieb⁹ mollificari sinatur: que nascet᷑ ex ea melioris erit cocture. ⁊ etiam ta lis mollificatio pinguis: eidem cõ tra terre macredinem auxilium ex hibebit. Quidam dicũt fabam in a qua nitrata cũ seritur respersam: cocturam nõ habere difficilem. nec est necesse vt nascatur: ꝙ glebe in eius seminatione rumpantur. his enim non obstantibus: licet pluri mum ĩfra terram submersa fuerit: erumpit pullulans ad superficiem terre. Corbis vna ⁊ minus bubul cam complet. nam late spergenda est: vt dilatari ĩ stipitibus possit. Luna autem plena melius seritur faba. Hoc genere letaminis terra non leditur ⁊ maxime si radices di mittãtur: nisi per accidẽs ager fue rit humidus. Nam columela dicit agrum frumentis vtiliorem proba ri: qui noã superiori vacu⁹ fuerit. ꝙ̃ q calamos fabacee messis edux it. ⁊ verum dicit duplici ratione. vna ratio quia de nutrimento fru menti aliquid consumpsit. altera

quia non potuit in estate sic domo de exarari vt nudus. Faba secun dum Paladium runcanda est cũ quatuor digitis emiet super terrã. deide alia vice sarcitur cum herbe noue fuerint in ea renate. quo qui dem non affligitur: sed proficiet ⁊ multum fructum reddet. Et frixa quidem prope modum sicut itegra respõdȝ. Mẽse Mai ⁊ Junii faba quadraginta dieb⁹ floret. simulq̧ grandescit. Idem est in omnibus que sunt seminis duplicis. velud pisum ⁊ cetera legumina. Mẽse Junii faba luna minuente vellet᷑ ante lucẽ sane: ⁊ anteꝙ̃ luna proce dat. ⁊ excussa ⁊ refrigerata põatur in orreo. ⁊ sic gurguliones aut nul lomodo aut mi⁹ patiet᷑ ĩfestos vt Paladi⁹ ait. Varro scribit ꝙ fa ba et cetera legumina in vasis olea riis cinere oblita: perdiu in columi a seruantur. Fabe vt dicit Ysaac aut cõmeduntur virides: ⁊ tũc fri gide sunt ⁊ humide ĩ primo gradu ⁊ hũores generant grossos crudos ⁊ inflatiuos. Vnde ventositatem faciũt. ⁊ ideo stomacho valde no ciue sunt. Sicce vero ⁊ maturitate perfecte frigide sunt et sicce in pri mo gradu. ⁊ illaudabilem generãt sanguinem. ⁊ carnem inflant ⁊ dila tant. ⁊ operantur in ea quod fermẽ tum in farina. Vnde ĩ superiorib⁹ ventis plurimam grossiciem gene rant ⁊ inflatiuam. ex qua fumus ĩ caput ascẽdens: cerebro nocet. ⁊ sõ nia multa ⁊ corrupta inducit. Cũ igitur huius nature sint fabe non eis aliquo decoctiõis modo potest auferri: sȝ minui. Experimẽto aũt hoc probatur. quia fabis cotidie

ventes: indigestionem et inflatio-
nem patiuntur. etiam si sanissimi
sint. Mundificatiue autẽ sunt. et
ideo valent ad lẽtigines. et qui cu
tẽ sui corporis mũdificari volunt:
ex farina earum lauari assuescant.

Diversis coquntur modis. Quedam
eni aqua coquuntur. quedã eni ig
ni assantur. Cocte in aqua laudabi
liores sunt: quoniam aqua eis plu
rimum aufert ventositatis et gros
siciei. Maxie si eiecta aqua priori
altera iũgat'. Hec q°q decoctio duo
b9 fit modis. aut cũ cortice aut sine
cortice. Et cocte qdẽ cum cortice:
dure sunt ad digerendum grosse i
flatiue. stipticitas enim corticis e
gressionem prohibet ventris. ꝛ mo
ra eius diuturna in ventre ventosi
tatẽ ꝛ iflationem generat. Cocte ve
ro sine cortice minus sunt inflatiue
ꝛ cito digeruntur. ꝛ si secundum is
fiat calefactiuis reb9 appositis vt
pipere zizibere vel oleo: perfecta ẽ
medicina ad coitus operationem.
Comeste autem cum origano men
ta cimio ꝛ similibus: suam ventosi
tatem ꝛ inflationem minuũt. Assa
te minus ventositatis et inflatiõis
habent: sed ad digerendũ durissi
me sunt. verumtamen si aqua in
fundantur post assationem ꝛ cum
cimino menta ꝛ origano omedãt':
duriciem amittunt. Fabe cõfracte
bobus in cibum continue habun
dãter exhibite: cito eas ĩpinguãt.
ꝛ hocmodo boues magni ꝛ senes a
peritis beccariis impiguantur in
diebus quidecim: ꝛ renouat' caro
eorum. Auicenna dicit ꝙ fabarum
rectificatio est prolongatio ĩfusio
nis earum ꝛ bonitas decoctionis.

ꝛ comedere eas cum pipere et sale
et similibus. et cum oleo. ꝛ melio
res omniũ sunt grosse albe non per
forate a gurgulionibus. Et ex pro
prietatibus earum ẽ: ꝙ abscidunt
oua gallinarum cum nutriuntur
ex eis. et ꝙ faciunt videre somnia
cum alienatione perturbata. et ꝙ
faciunt accidere pruritum proprie
recentes. Item emplastrum ex cor
ticibus earum super femur infan
tis prohibet ortum pilorum: simi
liter quando sepe iteratur super lo
cũ rasum. Et fabe abstergunt mor
pheam in facie ꝛ precipue cum cor
tice: ꝛ pannũ ꝛ lẽtigines ꝛ faciunt.
colorem bonũ. ꝛ earum emplastrũ
est bonum apostemati mamille: et
caseitati lactis in ea. ꝛ q̃ ex eis coc
ta sunt cum aceto ꝛ aqua conferũt
solutioni antique. ꝛ proprie cũ fue
rit cũ corticibus suis. ꝛ conferunt
dissinterie. Plinius dicit ꝙ faba
cocta cum colatura eius potata
pulmonem mundificat. apostema
ta mamillarum curat. cũ rosis mix
ta dolorem ꝛ liuorem ꝛ luppitudi
nem oculorum curat masticata ꝛ tẽ
porib9 apposita: humores ad ocu
los reumatizantes compescit. Itẽ
scissa ꝛ super venam incisam post
ea sanguinem restringit. lac effluẽs
de mamillis sistit. ꝛ defluere de ma
millis non permittit. Podagricis
ꝛ arteticis cũ adipe ouis. decocta
subueñit: si super doloris locum em
plastretur. Tumores et inflatiões
apostematum repercutit: si in pri
cipio decocta i aceto tñori appõa
tur. Item dicit ꝙ quando faba est
i flore aquas maxime cõcupiscit.
cũ vero effloruit diligit siccitatẽ.

Item dicit q in aqua marina vel salsa vix coquitur. Dicit etiam q in isulis maris occeani nascit faba per se: que coqui nō potest. Item in egipto nascitur faba spinosa lōga decem cubitorum: quam cocodrilli fugiunt: timentes ne oculi eorum spinis eius ledantur.

De farre.

Far est quasi similis plāte. sed est grossior in herba et grano. Seritur tempore tritici et spelte. Et corbis vnam bubulcam complet. Mūdatur et metitur vt triticum. Far temperate complexionis est. et est cibus bonus sanis et egris. satis enim nutrit et confortat et bonum generat nutrimentum: et potius est stipticum q̄ laxatiuum.

De faseolo.

Faseoli noti sunt et eorum quidam sunt rubei. Terram autē desiderāt qualem panicum et milium. et inter ipsa et cicera comode seminātur. Seruntur etiam in ortis inter cepas et caules. sed et i minus soluta terra proueniunt. et eisdem tēporibus seminantur. Et quātomagis terra pinguis fuerit: tanto rarius seminēt. herbis sepe mundentur. Colliguntur autē successiue ipsorum silique quotiens albedine sua maturitatem fatentur. et super linthei aut sextoriis ad solē siccantur. Rubei calidi sunt et humidi in medio secundi gradus. Albi vero parum minus calidi sed magis humidi. Testat hoc quia eorum grana vt cetera siccari nō possunt. et si desiccantur diu seruari nō possunt. humores generat grossos: et iflationē vētositatem. fumūq plurimum caput implentem. et somnia pessima ac terribilia faciunt et corrupta. Auicenna preterea dicit q generāt humorem grossum. sed sinapis prohibet nocumentum eorum. et similiter acetū cū sale pipere et origano.

De gith.

Gith est semē nigrum et q̄si triangulare. Cuius herba nascit i frumentis et speltis et siligine: et vulgariter dicit gittizonus. et facit flores rubeos ad modum campanellarum. Est autem calidum et siccum in secundo gradu. Virtutem habet dissoluendi et consumendi. contra opilationem splenis et renum et yliacam passionē et dolorem stomachi ex ventositate: valet puluis eius in cibis. Contra lumbricos: detur puluis eius cum melle. et fiat etiam emplastrum ex puluere eius et succo absinthii circa vmbilicū.

De lolio.

Lolium siue zizania nascitur inter triticū: siccis corruptisq partibus. vi acutam habet et venenosam. Opilat. mentem perturbat. et iebriat. Cum vino cocta et stercore azinino et semine lini cathaplasmate facto: apostema dissoluit et strophulas. Cocta tamen radicis cortice et vulneribus iam putrefactis apposita sanat et mundificat. Item est adustiua tritici: quia trahit

nutrimentum eius. sicut papauer e
zizania auene ꝛ caulis vitis. quia
adurit eam vt ait Albertus.

De lenticula

Enticula nota est. hec vult habere locum tenuē ꝛ resolutum vel etiā pinguem. sed siccum maxie quia luxuria ꝛ hūore corrumpitur vsqꝫ ad lunam duodecimā. De mēse Februarii seritur. Quartariū corbis in satiōe bubulce sufficiet. Cū autem lens valde cito pullulet: et incrementum accipiat: oportet ꝙ si ager fimandus est: priusqꝫ seratur cum fimo arido misceatur. ꝛ cum in illo quatuor vel quinqꝫ diebus steterit: tunc spergatur in agrū. hoc Albertꝰ. sed Paladiꝰ precipit hoc fieri debere vt cito nascatᷣ ꝛ crescat. Frigida est in primo gradu. sicca ī tertio. Nutrimentum eius est grossum ꝛ ad digerendum durum. melancolicum sanguinem generat. et si cum corticibus comedatur: cerebrum fumo grosso impletur et melancolico. vnde causa est doloris ꝛ fallacium formidolosorumqꝫ sōniorum. Ventositatem et inflationē et constipationē faciūt. Preterea a ceteris grāis stōacho nociuior ē. ꝛ pulmoni ac dyafragmati et pelliculis cerebri ceterisqꝫ neruis pellicularum ꝛ pcipue oculorum: quia humiditatem eorū desiccat et exasperat. sanis oculis officit: quanto magis infirmis. Est igitur cōplexioni siccē noxia. sed eis que humide sunt complexionis aliquando prosunt si sine cortice coquantur. Item ydropicis valent. cum cortice vero nocent nimis propter ventositatem ꝛ inflatōnem quā faciūt. grādis ꝛ noua ꝛ coquibilis melior est secundum cibum ꝛ medicinam ꝙ parua vetus ꝛ dura. Si cineri ī misceatur. melius seruabitur.

De lupinis

Vpini autem terras vel vineas impinguādi: aut seminis colligēdi causa seruntur. Quia pria causa ī vineis uel agris sperguntur de mēse augusti. vel collectis uuis serendi sunt: ꝛ ligonibꝰ cooperiendi vel aratro. Deinde mense Aprilis vel Mai cum ad debitum augmētum peruenerint: euertendi. sic eni vineas ꝛ agros letaminis more impinguant. ꝛ fecundant. et in agris tunc seratᷣ ꝛ milium panicum et tēpore veniente frumentum. Et vineis quidem magis letamie cōferūt. quod eis non bene competere dicitur quia consueuit vini viciare saporem. Seruntur etiam optime pꝰ collectas messes in stipulis vel fa ualibus bis aratis vel circa pricipium Augusti. Deinde mense Octobris iuxta terram ligonibus inciduntur ꝛ per sulcos ponuntur. sup quos seminato frumento vomere terra voluitur. ꝛ sic denuo optimū granum ibidem efficitur. vbi etiā anno sequenti iterum frumentum seri pt vel siligo. Possunt etiā seri eodem tempore inter panicum in secunda eius sarculatione. qui collecto panico remanebūt vt agrum impinguent frumentarium secūdū modum predictum. ꝛ tunc due corbes eius vel plures in bubulca pōnuntur. Qui vero seminis colligendi causa seruntur: mēse Octobris ꝛ

Nouembris debent fieri. ⁊ corbis v
na bubulcam compl3. limoso agro
lupinus non nascitur. Cretam for
midat. ⁊ exilem terram ac lubricam
diligit. Lupini sarculandi non
sunt: ⁊ sarculati extinguuntur. quia
vnam tantum radicem habeāt. nec
hoc quidem desiderāt: quia herbas
preter auxilium cultoris affligūt.
Mēse Junii vel Julii colligitur.
⁊ statim si placuerit fertur ex area.
sed est ab humore longe ponend9 i
orreis. sic eni diutissime custodit':
maxime si granaria eius afflauerit
fumus assiduus. Lupini vt ait
Ysaac calidi et sicci sunt in secūdo
gradu. Et eorum alius ē amarus:
qui ex natura sua talis ē. et hic me
dicine competit. Alius dulcis ⁊ in
sipid9. q ex mora multa i aq̄ dulco
rat9 ē ⁊ isipid9 fact9. Faria lupio
rū cū melle valet cōtra lumbricos.
ad idem valet panis factus ex fa
rina eius melle ⁊ absinthio posit9
super stomachum. ⁊ meli9 si adda
tur ad modum aloes. Eadem fari
na apostema maturat ⁊ rūpit: Lu
pinus vt ait Auicenna subtiliat ca
pillos ⁊ abstergit pānos ⁊ morphe
am ⁊ faciem: ⁊ tunc maxime quan
do decoquitur cum aqua pluuiali
donec dissoluatur. Quidam dicūt
q faria lupinorum pilos natos ad
urit: ⁊ exurgere alios nō permittit.
Ysaac ait q si aqua in qua dulco
rantur loca cimicum abluātur mo
riuntur. Dulcorati vero lupini nu
trimentum grossum est ⁊ ad digerē
dum durum. Ideoq humores ge
nerat viscosos.

De lino.

Linū desiderat aerē tēpe
ratum ⁊ terram solutam
⁊ pinguem. ⁊ quanto pī
guior fuerit tanto ipsi9
stupa erit grossior. quāto vero ma
crior: tāto ei9 stupa subtilior erit.
sed ex eo parum ⁊ breue in tali ter
ra nascetur. huius autem seminatio
ne terra satis maculari ⁊ ledi credi
tur. Ideoq auxilio letaminis eget
si tale semen recipere assuescit. E
ius terra semel ante hyemem debet
arari: vt glebe propter gelu sequen
tis hyemis in puluerem reducāt'.
deinde post hyemem cum primum
poterit secunda vice arabitur. dein
de erpegatur ⁊ iterum aratur quinq
vel sex vicibus: inter ōnes itantū
q quasi in puluerē redigatur. Ita
tamen q prima vice profundius:
secunda vice minus profunde are
tur. ⁊ sic semper profundatio vsq
ad vicem vltimam minuatur. De
inde a medio Aprilis vsq ad eius
finem ipsius est optima satio. que
in summo terre fit minus vno pal
mo: terra supra semē aratro reuolu
ta. In cuius satione secundum mo
rem alexandrie vbi linum optime
procuratur. potest vnus bos vnū
ducere aratrum. ⁊ duo simul iunc
ti possunt ducere duo: vt vnum a
ratrum per vnum brachium vel pa
rum plus quodam fune sequatur
ad primum. quorum vnumquodq
suum habeat bubulcum qui arat3
teneat ⁊ conducat. Tres corbes hu
ius seminis vel parum plus suffici
unt in bubulca. Cui multum ꝓde
rit si talis ager erpegetur postq̄ fue
rit seminatus. Et si tempus mag
ne fuerit siccitatis: ei valde ꝓderit

si poterit irrigari. potest etiam seri
ante hyemem in locis calidis : in
quibus linum natum frigore non
ledatur. 7 tunc melius prouenit in
terra mediocriter cretosa q̄ꝫ i nimis
soluta. nec est necesse ꝙ sit pinguis
7 ꝙ vltra duas vices aretur: dum
modo terra pulueriȝetur. 7 cum fu
erit semiatum: meliꝰ ē ꝙ cū erpexe
solummodo de quibusdam spinis
facto semen operiatur. Melius eti
ā est ꝙ vnus homo cū fune trahat
erpexem q̄ꝫ boues: propter nocumē
tum vrinarum. 7 hoc est cuilibꝫ ho
mini facile. hec herba bis mundan
da est: que maxime grungo id est
custute uel lini podogra inuoluēte
suffocatur. Ideoqꝫ exstirpandꝰ est
anteq̄ꝫ circa linum inuoluatur: licꝫ
per ipsum ambulando ledatur cū
magnum est. 7 ideo mūdator debet
ante se manibus aperire. 7 ire p eū
eleuatis optime pannis. Sed cum
prima vice mundatur: quia tunc p
uum est. 7 conculcatum releuat᷑: 7
non leditur ambulando per eum.
Colligit᷑ cum maturato colore fla
uescit. 7 eodem die ne rore tangat᷑
sub tecto portatur ligatum in fassi
bus. Deinde maleolis ligneis excu
tiuntur semina. et ipsum linum ad
macerandum in aqua ponitur. i q̄
quator vel qnqꝫ diebus si putri
da sit stetisse sufficiat. Si autē non
sit corrupta: vsqꝫ ad septem dies i
ea stare oportet: vt putrescat caro
herbalis. 7 cortex ex quo fit stupa
remanet incorruptus. Vel potest
optime macerari hocmodo vt Me
diolanenses obseruant. Cum matu
rum ē: colligitur sine aliquibꝰ her
bis admixtis. 7 i paruis fassiculis
ligatur cum herbis vel siligine aut
iuncis. 7 in campo siccatur. 7 q̄ntū
potest defendat᷑ a pluuiis: precipue
cum est siccum. postea defertur ad
domum 7 sub tecto pōitur: 7 serua
tur vsqꝫ ad mensem Augusti donec
completa sit triturationis necessi
tas. tunc autem semen aufertur et
ad aquam portatur: 7 i ea ponat᷑.
ac sepe cum perticis submergatur
vel ponderetur: quibusdam lignis
vt optime balneetur. 7 in ea dimit
tetur p dimidiā diem tantum. 7 sic
bene balneatū reducat᷑ ad domū:
7 totum ponatur in cumulo iuxta
murum sub tecto. 7 paleis operiat᷑.
7 sic dimittatur tribus diebus i q
bus calefiet ac macerabitur. 7 tunc
cum infrigidatū fuerit: vel teneꝝ
ac leue effectum. vel semina i eo re
manentia incipiunt germinare. vel
stupa eius a carne remota per se nō
torquet᷑: completa erit maceratio.
7 tunc vnusquisqꝫ fassiculus diui
datur in tres vel quatuor manipu
los magnos: 7 cum ipso lino ligen
tur. 7 i area optime exsiccetur 7 re
pōatur. Postea poterit quolibꝫ tē
pore repari vt moris est. Erit aūt
signum temperate maceratiōis qū
maceratur in aqua: cum tactu mol
lescit: adeo ꝙ omnem rigiditatem
amiserit. Cognoscit᷑ etiam si ex eo
aliquid extrahat᷑ de aqua: 7 sicca
tum probetur: si caro herbalis a stu
pa facile separatur. Verum tamen
si minus q̄ꝫ expedit maceretur: erit
stupa fortior 7 albior: sed nō pfec
te separabitur ab ea caro herbalis.
7 erit durior ad filandum. Deide
optime lauatur. 7 i aqua excutit᷑.
7 ad solem siccatur. Cū aūt siccatū

fuerit concutitur malleolis ligneis
vt eius caro rumpatur. Deinde ad
solem calidum ponitur. ⁊ cum fue
rit calefactum : i pannis calidis in
domo simul ponitur ⁊ cooperitur.
⁊ cum per aliquas horas sic steterit
gramatur. hoc enim modo munda
tur optime : nec stupa rūpitur gra
mando . quod fieret si statim gra
maretur. Et si tempus fuerit humi
dum cum multis pānis calefactis
ad ignem preparatur gramine. De
inde a spatulis eius mundificatio
completur. Deīde pectinatur ⁊ fi
latur. Virtus seminis lini secundū
Auicennam: est proxima virtuti se
minis fenugreci. Calidum est i pri
mo gradu: et mensuratum in humi
ditate ⁊ siccitate. Si sumatur cum
melle ⁊ pipere mouet coitum.

De ordea

Rdeum tollerat omnem
aerem ⁊ desiderat terram
pinguem vt optime pro
ficiat. ⁊ in mediocri etiā
prouenit. Et patenti magis q̄ʒ vm
broso loco letatur. his temporibus
eodem modo vt triticum seritur. ⁊
septem diebus sub terra moratur.
⁊ tunc egreditur vt ait Varro. Le
gumina vero quinqʒ diebus preter
q̄ʒ faba: Seri etiā ab Alberto dicit᷑
in principio veris. ⁊ vtrunqʒ fieri
potest. Sed huius sationis messis
ad maturitatem tardius prouenit.
Ordeum cum marzolum quod bo
nonie marsola vocatur: serit᷑ toto
mense Martii ⁊ principio mensis
Aprilis. ⁊ mense Julii est maturū:
Item inuenitur ordeum quod i tri
turatione mūdatur vt frumētum.
⁊ istud eodem tempore seritur quo
frumentū. in seminādo corbis vna
bubulcam perficit. Colitur ⁊ mun
datur vt frumentum : ⁊ maturatur
modicum āte ipsum. ideoqʒ messis
eius primo recipitur. que consum
manda ē anteqʒ grana refractis spi
cis lapsa decurrant: quia nullis ve
lut triticum folliculis vestiuntur.
Eius culmos quos pinguones di
cimꝰ in agris aliqʒdiu iacere sina
mus : quia hocmodo grandescit.
trituratur vt triticum. Ordeum se
cundum Ysaac ⁊ Auicennam fri
gidum ⁊ siccū in primo gradu: vir
tutem habet mūdificatiuā ⁊ exco
latiuam. plus tamen faba desiccat.
⁊ propterea ab inflatione liberat. or
deum ⁊ triticum nutribiliora ⁊ lau
dabiliora sunt ceteris granis. sʒ or
deum citius digerit᷑. ⁊ ideo de mē
bris citius dissoluitur. frumētum
vero tardius digeritur: et tardius
a membris dissoluitur. Galienus
de ordeo ⁊ faba secundum medici
nam dicit. Ordeum ⁊ faba quōiā
temperamento sunt vicina: in mul
tis secundum medicinam locū ha
bēt sicut cera ⁊ oleū i cathaplasma
tibꝰ. fit de ordeo cōfectio vtilis.
elixatur ordeum prius aqua. post
assatur deinde farina facta cum zu
charo conficitur. hoc in estiuo tem
pore ad stomachi et epatis refrige
rium valet. Ad sitim etiā valet cū
aqua tēperatum. siue grossum vt
cum cocleari comedatur siue liqui
dum vt bibatur. Ex eo ptisana ↄ
ficitur hoc modo. vt cortex auferri
possit: mēsura ordei sumatur vna:
aque nouem. ⁊ tamdiu coquatur
donec redigat᷑ ad vnam. ⁊ colatū
potui det᷑. hoc valet ad custodien
dam sanitatem. corpusqʒ humectat.

Si corpus refrigerium plus appe tat: parū aceti misceat᷑. vel addat᷑ semen papaueris albi. Ptisana sa nis crebro vsu clarissimum et per fectissimum sanguinē generat. nec min⁹ ꝙ̄ panis nutrit. que sanis dā da ē. Infirmis vero diuersis mo dis prout cuiusqꝫ expedit infirmi tati. Si enim velis sitim ꝛ epatis calorem extinguere: bibe supradicto modo. Si excolatiuam ꝛ mundifi catiuam ptisanā esse volueris: cū cortice coque. Si laxatiuā ꝛ refri geratiuam: cocte in mane superpo ne mel violaceum. Si propter epa tis opilatiōeꝫ illud velis accipere: cum eo coquis simul radices apii ꝛ feniculi. ꝛ accipe illud cum oriza cara. Alii autem dicunt ꝙ ptisana fit hoc modo. ordeum mundatum decoq̄tur multū bene ī aq̄. et colet᷑ per pannum. Farinā sic fit. Orde um bene mundatum in mola pōit᷑ ꝛ teritur. mola tamen aliquantulū sublenata vt grossam operetur fari nam. Farina talis ī aq̄ cocta diu: est optimus cibus febricitantibus ꝛ precipue laborantibus apostema de spiritualium. Auicenna dicit ꝙ habꝫ ꝓprietates: dictas de siligie. Item si fit linimentum ex eo cum a ceto forti ꝛ ponatur more emplas tri supra scabiem vlceratam: sanat eam. Item fit ex eo emplastrum cū citoniis et aceto super podagram ꝛ prohibet fluxum superfluitatum ad iuncturas. Et aqua eius cōfert egritudinibus pectoris. Et quādo bibitur cum semine feniculi: facit habundare lac. ꝛ aqua ei⁹ ē infrigi datiua ꝛ humectiua febrium. In calidis quidem pura: ꝛ in frigidis cum apio ꝛ feniculo.

De milica.

Ilica est notissima. Ei⁹ quidem duplex est māe ries. Est enim quedam rubea: quedam alba. Itē inuenitur tertia species que est albi or milio. Et iterum quedam in her ba multū excrescit. quedam parū. Et rursus quedā moratur in agris vt longa. ꝛ quedam in paucis ma turatur diebus vt milium. ꝛ hec est que in herba parū excrescit vt mili um. Terram desiderat valde piguē et potius cretosam ꝙ̄ solutam. et eam valde macrat: propter multū nutrimētum quod querit. Et locis quasi paludosis letatur. ibiqꝫ opti me prouenit cum primo reducunt᷑ ad cultum. nam nimia piguedīe ta lis loci: frumentum ꝛ faba periret ī eo: nisi primo per sationem milice supflua consumeretur pinguedo. Seritur ī pastinata terra vel ī soli da. potest etiam seri ꝑ sulcos faba rum et cicerum: ꝛ vbicunqꝫ rare na te fuerint fabe ꝛ cicera in secunda sarculatione ipsarum. que fabis a ciceribus eradicatis erit denuo sar culanda. In temperato aere circa finem Martii ꝛ inicium mensis A prilis: In calido vero maturius. ꝛ in frigido serius est serenda. Sꝫ ea que parua est toto tempore quo milium seritur potest seri: quia tan tundem moratur in agris. Et ideo quidam mixtim eam seminant cū milio uel panico: vel etiam cum v troqꝫ simul. Et parum huiusmodi semis videlicet octaua corbis: suf ficit ad complendam bubulcam. Circa quidecim vel. xx. dies semē

eius sub terra moratᷣ: anteꝗ nasca tur. ⁊ natum licet sit parua milica tamen runcatur circa finem Apri lis ⁊ inicium mensis Mai. ⁊ tunc ipsius herba oblaqueatur vt meli ius germinet et pullulet a radice. Deinde mense Junii seritur siue runcatur secunda vice. et tunc cir ca ipsi⁹ herbam terra cumuletur: vt a casu melius defendatᷣ ⁊ sole. Mēse Augusti vel Septēbris col ligitur eis iuxta terram incisis. et postea iuxta panoclas: si melegari a habere volueris. Si vero eis nō eges: particis flectitur. ⁊ panocle in cidūtᷣ ⁊ in fassiculis ligātᷣ: melega riis super radices i cāpo relictis. ⁊ in bubulca mediocris milice circa sedeci corbes proueniunt. siccāda ē q̄ntū ꝑt postꝗ eq̄bus fuerit tritu rata vel virgis. ⁊ i loco reponēda ventoso quantum potest apta: ne nimium adunata calefiat et corrū patur. Melegaria competunt ad claudēda tuguria: ⁊ vias tempore luti sternendas. et competunt igni ⁊ clibanis calefaciēdis cum fuerit exsiccata. ⁊ plantis salicum inuol uendis ne excoriētur a bestiis. ⁊ ne sole vrantur estiuo. Semen mili ce bonus cibus est porcis. ꝑ cibo ⁊ bobus ⁊ equis dari potest. et hōi nes ea tempore necessitatis vtuntᷣ ⁊ sola ⁊ cum aliis granis in pane. ⁊ precipue rustici qui continuis la boribus exercitantur. Et ē frigidū ⁊ siccum. ⁊ generat melancolicum sanguinem. Item inflatiuum est. ⁊ propter suum pondus facit descen dere cibum: quem in vētre iuēnit.

De milio.

Milium notum est. Cui⁹ duplex est mā̄eries. Vnā scilicet q̄d circa tres menses moratur i agro. ⁊ aliud quod maturitatem recipit in sexaginta diebus: postꝗ fuerit seminatum. Terram desiderat val de aratam solutam ⁊ pinguem. nā ⁊ in zabulo ⁊ arena prouenit dum modo solo irriguo ⁊ humido celo seratur. nam siccum ⁊ argillosū for midat agrum. ⁊ terre in qua seritur pinguedinem valde consumit. Se ritᷣ etiam ꝑ sulcos fabarum: ⁊ inter ipsas vbi rare fuerint i secunda ea rum sarculatione si terra fuerit so luta vel media nō cretosa. q̄d cum I lis fabis sarculādū erit. Seritᷣ etiā optie iter faseolos: ⁊ i vicis seri ꝑt Mense Aprilis Mai ⁊ Junii seri ꝑt. Paladi⁹ vero dicit ⁊ cū eo cō cordat experiētia rusticorum: ꝙ se ratur milium de mense Martii: et erit maturum in mense Junii. Ex quo probabiliter sequitur: ꝙ si ter ra sit bene pinguis: poterit in eadē estate iterum seminari. Corbis octa ua ps sufficit i bubulca. Herbis ꝑ terea liberetur assidue. Maturum ē cum totum albescit. Ab auiculis cum multo labore defenditur. Cū secatum est ⁊ in fassis ligatum: eri gatur ad solem. ibiqꝫ per duos vel tres dies moretur. Deinde portetᷣ ad aream. ⁊ statim trituretur: ne si in magnum ponatur aceruum cale fiat ⁊ corrumpatur. Eo tritu rato siccetur optime anteꝗ portetur ad oreum. quia milium non bene sic catum statim calefit ⁊ corrumpitᷣ. Optime vero siccum longissimo tē pore seruatur. ⁊ quidam colligunt

solū spicas: sicut ī panico seruat᷑.

Milium secundū Ysaac frigidū est in primo gradu: siccum in secū do. Testatur hoc leuitas ⁊ concaui tas ei⁹: ⁊ viscositatis vētositatisq̧ absentia. min⁹ nutrit ceteris grāis ex quibus fit panis. Gratia tamen sue siccitatis confortatiuum est sto machi: ⁊ aliorum membrorum cor poris. diureticum est: ⁊ ideo assat᷑ ad ignem: ⁊ ad tortionē doloremq̧ ventris calidum supponitur. Cau sa autem sue siccitatis ⁊ nutrimēti minimi: non est accipiendum ab his qui carnes suas augmentari et īpiguari desiderant. nec ab eis q̄ ī corporib⁹ suis laudabilē sanguinē generari volunt. sed ab illis tantū a qbus refrigeratio aut cōfortatio humorumq̧ superfluorum desicca tio appetitur ⁊ desideratur.

De panico.

Panicum desiderat eandē terrā ⁊ aerem quam mili um. ⁊ eisdem seritur men sibus ⁊ eodem modo. et tantundem seminis requiritur ī bu bulca. Et eodē modo herbis sepe mūdatur. qđ etiam īter fabas cice ra ⁊ faseolos ⁊ ī vineis cōgrue seri potest: secundum doctrinam de mi lio traditam. Est etiam quoddam panici genus quod in paruo tēpo re recipit complementum. et istud congrue seminatur post messes cō pletas ī stipulis bis vel ter aratis ⁊ glebis confractis. in quibus op time prouenit: nisi tempus eximie fuerit siccitatis. Panicum secundū Ysaac ⁊ in forma ⁊ natura simile ē milio. minus tamen nutrit. vētrem vero cōstipat magis. Accipitur di uersis modis ⁊ per eorum diuersi tates: actionē suā mutat. quocunq̧ tamen modo melius milio est. Co quitur autem sepe aut cum pingue dine aut cum oleo. sepe cum lacte caprio vel amigdaleo. Et coctum quidem cum oleo aut pinguedine laudabilius est: quoniam siccitatē suam amittit et vaporositatem bo numq̧ nutrimentum acquirit. ⁊ cō stipationē pdit. Cū lacte vero coc tum laudabilius est eo quod cum aqua sola coquitur. Sed coctiōis cum aqua duo sunt modi: coquit᷑ enim aut integre: aut mola fractū. Integrum ablato cortice coquitur. vt in vna panici mensura quidecī aq̄ ponuntur. Ita coctum grossum est. ⁊ ad digerendum durum. sȝ nō est ventris constipatiuum. q̄a prop ter suum pondus ad īferiora descē dit. Mola tritum coquitur ita vt farine mundate decies tantum aq̄ ponatur. ⁊ postq̧ bis vel ter buli erit: digitis fricetur ⁊ coletur: ⁊ co lamentum susceptum donec duresf cat excoquitur. sicq̧ comedi vtile est. ⁊ ceteris subtilius. digeritq̧ fa cilius. magis vero stipticum.

De piso.

Pisum est nobilius album et grossum. Et seminatur de mense Septembris ⁊ Oc tobris et Ianuarii et Fe bruarii vt puto. melius in terra faci li ⁊ soluta loco tepido ⁊ aura hūi da due partes corbis vel parū mi nus in bubulca spergantur. ⁊ colli gi hoc debet siliquis exsiccatis: et granis fortiter īduratis. luna dece dente postq̧ multum processerit in defectu. Frigidū est in p̄io gradu

⁊ temperatum inter humiditatem ⁊ siccitatem. Cortex ei⁹ stipticus ẽ. cortice ergo mũdatum: laudabiles generat chimos. nec inflationẽ aut ventositatem facit sicut faba. ⁊ ad vsum edendi bonum est: in estate ⁊ in calida regione.

De spelta.

Spelta nota est. Eius q dem diuersitates sunt: quia q̃dam est grauior ⁊ hec est melior. quedã vero leuior ⁊ hec deterior est. Aerem desiderat qualem frumẽtum: ⁊ terrã. sed melius defenditur in macra q̃ frumẽtum. ⁊ in creta et patẽti campo optime prouenit. Et his temporibus seminatur quibus frumentum et eodemmodo. sed due corbes in bubulca seruntur: cum ex frumẽto corbis vna sufficiat: Colitur ⁊ mundatur sicut frumentum. Metit' autem inmediate post frumentum: cũ post ipsum modicum maturteur. ⁊ eodemmodo trituratꝰ. verũ sepata a paleis pluries trescatur idest virgis semẽ ei⁹ excutit': vt ab aristis mũdet'. Temperate qualitatis ẽ. ⁊ equis ⁊ bob⁹ ⁊ similibus p̄bet optimum nutrimẽtum. sed ⁊ homines ea vti comode possunt: quia eius panis temperatus ẽ ⁊ valde leuis. ⁊ ideo si tres partes spelte: cũ quarta misceat' parte fabarum: ex superflua grauitate fabarum ⁊ multa leuitate spelte: fit pãis satis pulcher ⁊ bon⁹ ⁊ familiis conueniẽs: si in eius artificio diligentia obseruetur que supra dicta est in pane frumenti.

De siligine.

Siligo nota ẽ. ⁊ ei⁹ q̃dẽ nõ sunt diuersitates. Aerem enim cum frumento desiderat. ⁊ frigidiorem tollerat: vt alpes. quia citius maturatꝰ. In nemoribus enim alpiũ: inciduntur Mẽse Mai ⁊ Junii õnes ramusculi arborum. deinde cũ siccati fuerint inciduntur de mense Augusti. ȝapantur quasi ĩ cinere tãtum. ⁊ spergantur per totum agrũ. ⁊ in eis seminatur siligo que optĩe prouenit illo anno. Deĩde vsq̃ ad septem quiescit ãnos. ⁊ eadẽ satio denuo iteratur. Sed vbi non sunt nemora. herba cum suis radicibus ⁊ modico terre incidit': ⁊ exsiccata comburitur. in cui⁹ cinere ⁊ puluere siligo postea prefato tempore seminatur. et circa octo annos quiescit. ⁊ idem opus postea iteratur. Terram desiderat solutam ⁊ sabulosam. ⁊ in pingui ⁊ patenti cãpo melior prouenit. et his tempori⁹ quibus frumentum seritur. conuẽientius tamen ante q̃ post seratur. Vna quidem corbis seminis sufficit in bubulca. Colitur ⁊ mundat' sicut frumentum. octo dieb⁹ floret circa finẽ Aprilis ⁊ iniciũ Mai locis tẽpatis. q° tẽpore tãgi a cultore nõ deb;. Et q̃dragita dieb⁹ deposito flore grandescit: vsq̃ ad maturitatis euentũ. Maturatur autem et metitur: anteq̃ frumentum. ⁊ trituratur vt ipsum frumentum. Ei⁹ quidem substantia est tenax ⁊ viscosa valde: ⁊ ideo cõueẽienter miscetur cum milica milio faba ⁊ similibus: ad panem pro laboratorib⁹ ⁊ familiis faciendis. quia coniungit ⁊ cõglutinat pastas eorũ: q̃ per

se cocto pane retineri non possunt. sed franguntur et teruntur. Siligie vero sola in pane raro vel nunq̃ utimur. Auicenna dicit q̃ est de natura ordei: scilicz frigida et sicca in primo gradu. Eius nutrimentum est minus nutrimento tritici. et ei9 aqua frãgit acuitatem humorum: et similiter farina eius. super pannũ põitur epithima calidum ex ipsa. et fit ex ea decocta sicut sorbitiões cum pice. et colophonia emplastrũ sup apostemata dura. et cũ solo fur fure suo sup apostemata calida.

De vicia.

Vicia dupliciter utimur aut seminis colligendi: aut pabuli secãdi causa. Est enim optimus cib9 equis et bobus herba eius et semen. Serenda est de mense Januarii et Februarii. non in aurora quando ros est: sed quando sol per duas vel tres horas caluerit et absorbuerit rorem. quoniã compertum est: viciam rorem sustinere non posse. sed euanescere virtutem ei9. Cauẽdum est autem ne seratur anteq̃ luna sit in ultima sui circuli quarta. hoc est post vicesimam primam lunam. compertum est enim q̃ ante satam: limaces persequuntur et devorant. Habet hec vicia proprium. quia viridis messa si cũ eo quod ĩ terra remanet ager statim aretur: letaminis more terram impinguat. Si autem exaruerint radices eius anteq̃ terra aretur: succum aufert ab agro.

Et sic ẽ finis hui9 tertii libri.

Incipit liber quart9. De vitibus et vineis et cultu earũ. et de natura et utilitate fructus ipsarum.

Superius i libro secũdo multa de natura et cultu vitis dicta intelligunt̃. cum de natura plãtarum: et rebus communibus cultui cuiuslibet generis agrorum: generali sermõe diceret̃. Nunc vero in hoc quarto libro de natura et cultu vitis et vinearum et omni utilitate fruct9 ipsarum specialiter est agendum.

De vite quid sit. et de virtute foliorum et cineris eius et lacrime.

Vitis apud nos nota ẽ. sed ĩ frigidissimis regionibus in quibus viuere non potest: ignota est. Jdeoq̃ dicam9 q̃ ẽ quedam humilis arbuscula: multum tortuosa nodosa et scabrosa. latissimos habens poros et magnam medullam et frõdes latas et intercisas. que sine putatione et palorum et arborum auxilio diu viuere et comode stare nõ potest. Et eius quidem fructus ẽ uua: ex cui9 suco fit vinũ preciosissimus liquor. Folia vitis sunt multum medicinalia. nam vulnera mundant et sanant. ĩ aqua decocta calorem febrilem refrigerãt. Estuationem et tumorem stomachi cathaplasmata: mire sedant. pregnantem adiuuant. somnum prouocant. et cerebrum confortant. Eius lacrima potata sepe calculos frãgit. ut dicit Diascorides. Visũ acuit. lippitudinẽ oculorũ tollit. Morsib9

venenosis succurrit. ꝛ ventrem sis tit. Cinis eiꝰ valet ad predicta cū suco rute ꝛ oleo admixtus. Plinius autem dicit: ꝙ folia vitis dolorem capitis amputant. inflationē sedāt. ꝛ cū faria ordei calidā arteticā curāt. dissintericos valde iuuāt si eorum sucum bibant pacientes.
Cortex vitis ꝛ folia arida: vulnerum sanguinem sedāt: ipsumqꝫ vulnꝰ cōglutināt ꝛ sanant. Cinis vitium mox fistulā purgat ꝛ curat. neruorum dolores ꝛ cōtritiōes mitigat. Scorpionum et canū plagas cum oleo sanat. Et cinis corticis p se pilos ablatos restaurat ꝛ multiplicat.

De vinearum diuersitate.

Vinearum genera diuersa sunt secundum diuersas ꝛ varias consuetudines regionū. Nam quedā cū auxilio palorum ꝛ particarum i ordine fiunt. ꝛ hoc duobus modis. vno quidē vt cuilibet palo sit vitis adiuncta. ꝛ sic fiunt i pluribus ptibus Lombardie ꝛ Romaniole. Et hoc quidem modo in exili terra tribus plantentur pedibus distantes quaqꝫ versum. In pigui vero quatuor. i mediocri tribus ꝛ semis. Alio vero modo: vt vna vitis supra multos palos ꝛ particas extendatur. ꝛ sic fiunt ī pluribꝰ partibꝰ Marchie Anthōitane. Et hoc quidem modo plantentur distantes cōsiderata pinguedine vel exilitate terre adeo ꝙ spacium vniuersum possint cōgrue operire. ꝛ hee quidē ligonibus tantum colūtur nisi fuerit alte plurimū ꝛ distantes. Quedā rursꝰ fiūt veluď arbuscule more prouinciali: quas sine pali auxilio stare constat. Et hec quidem aut fiunt per certas acies adeo abinuicē distātes: ꝙ arari possint ꝛ diuersis seminibus seri. aut eque distantes vndiqꝫ ꝙ arari non possint. ꝛ hoc quidem modo tribus distent pedibus aut minus vel amplius: secundum ꝙ fuerit letū aut exile solum in quo plantātur. Quedam etiam in aciebus fiunt cum particis. aut in forma pergulariorum paruorū. que a parte stipitis sunt depressa et ab opposita eleuata. ꝛ hic modus a quibusdam Mutine: ꝛ in aliis locis pluribus: ꝛ maxime in ortoꝝ spaciis obseruatur. Quedam vinee fiunt cū arbusculis ad hoc formatis per agros plus vel minus eque distantes. secundum ꝙ magis vel minus de vino vel tritico pater familias optauerit: mediocris tamen modus distantie sedecim vel viginti pedum habetꝰ. ꝛ iste modꝰ maxime apud mediolanum et in illis partibus obseruatur: Quedā plantantur in ripis fossatorum cū fiunt. aut postea super ripas. aut etiam per agros iuxta magnas arbores. vt eas que sunt in agris aut ripis opiāt: ꝛ fructificēt. ꝛ hic modus plurimum obseruatur in multis partibus Ytalie. Et iterum sup predictis vineis que in ordinibꝰ fiunt: quibusdam ponuntur pali et partice. quibusdam vero pali aut frascones loco ipsorum solummodo. ꝛ sermentes in quatuor partes aut duas tātum: vel vt partice extenduntur ꝛ ligantur. ꝛ hic modus apud Credonā ꝛ cremonam ꝛ pissorium precipue obseruatur. ꝛ q̄dā

sine amminiculis iacere sinuntur in terra . qd pro sola necessitate vel i digentia pvincie faciendum est. et hoc maxie potest in montibus val de aridis tolerari vbi vue non pu trescut in terra iacentes: sed a solis nimio feruore seruantur .

De diuersitate generum vitis.

Iuersitates generu mul te sut . Na quedam val de timet nebulam 7 prui nas. quedam paru . Et quedam timet siccitatem 7 vetos . 7 quedam ea facile tolerat . Et q dam valde fecunde sunt. 7 queda parum . Et queda vites sunt qua ꝝ fruct9 cito maturat . qda tarde. Et quedam valde fructum suum i flore perdunt. quedam non. Et q dam melumine fructu priuantur . quedam fructum suum ab eo de fendunt. Et quedam facile ventis rumpuntur. quedam adeo tenaces existunt: vt ab eis facile non leda t . Et quedam timet pluuias. que dam nimia siccitatem. Et quedam sunt spissos nodos habentes . que dam earum gemmas per longa iter nodia distulerunt . Et queda sunt longos 7 grossos palmites faciétes qda puos. Et queda magnam me dullam faciunt. quedam paruam. Et qda frodes faciut valde iterci sas. quedam parum . Et quedam rotundas 7 continuas. Et queda faciunt vuas albas. quedam rube as. queda nigras . Et quedam bo triones multos 7 paruos: quedam paucos 7 magnos. 7 qdam faciunt grana collosa: qda mollia: Et qda durum corticem granorum: queda subtilem 7 tenerum. 7 quedam faci unt grana valde pulcra 7 lucida : quedam obscura. 7 queda dulcia: 7 quedam acria . 7 quedam faciut vina seruabilia: et quedam corrup tibilia. Quas ones diuersitates fa cile videre potest vir industrius 7 expertus .

De diuersis specieb9 vitium .

Pecies vitis valde mul tiplices inueniuntur. Et ipsarum multe diuersis nominibus in diuersis proinciis et ciuitatibus appellan tur. Sed quoniam ex eis quedam sunt meliores: et quedam min9 bo ne. primo meliores 7 earum bonas conditiones aperte scribam. 7 eaꝝ ponam nomia. Deinde breuiter di cam de aliis minus bonis. vt habi ta vtrarunq; noticia: sciant volen les plantare vel inserere vineas eli gere meliores. Dico itaq; in primis q est quedam species vue que vo catur sciana: que satis tarde pullu lat. 7 est vua alba quasi rotundum habens granu : et faciens mediocri ter magnos 7 spissos botriones. et folium mediocriter intercisum. 7 i quolibet sermento etiam in veteri nato duos vel tres quator 7 quinq; quandoq; botriones producit. Et tanta est duricies ligni eius : q ser mentes non flectuntur inferi9 pp ter vuarum pondus. Vnde vltra modum ramulos implet. 7 vua ei9 e valde vinosa 7 lucida: 7 cito ma turitatem recipit . Et vinum eius est valde subtile 7 dyaphanum: et mediocriter potens . et seruabile et maturum. Macram terram aut me diocrem 7 motuositate desiderat et i ea meli9 q i aliq alia fructificat.

si stricte putetur. nam longos pal mites cum vuis nutrire nō potest. et hec apud brixiam ꝛ partes mōtanas mantue precipue frequentat᷑. ꝛ ꝑ ceteris ī speciali veneratiōe habet᷑. Est alia species q̄ vocat᷑ albana q̄ tardissime pullulat. ꝛ est vua alba modicum longum habens granū ꝛ faciens satis magnos botriones ꝛ spissos ꝛ longos. ꝛ mediocriter fructificat. ꝛ facit folia mediocriter intercisa. ꝛ eius sarmenta vi ponderis non flectuntur: tanta est duricies ligni eius. Et eius grana a sole plurimum colorāt᷑. ꝛ valde cito ei⁹ maturatio completur. Et est satis dulcis ī sapore: sed corticē austerum ꝛ aliquantulum amarum habet. ꝛ ideo meli⁹ est ꝙ vinum ex ea exprimatur q̄ꝫ ꝙ ferueat ī vuis diu cum corticibus ꝛ racemis. Et vinum q̄dem eius est valde potēs ꝛ nobilis saporis. bene seruabile et mediocriter tenue. Et si tempestiua paulisper fit eius vindemia: melius seruatur vinū eius. Et hec species vue pre ceteris apud Forlinū ꝛ in tota Romaniola in veneratione habetur. vbi strictissime putat᷑. nam cum longis palmitibus min⁹ defēdit᷑. Est ꝛ alia species vue q̄ tribiana vocatur. q̄ est alba cum grano rotundo: ꝛ multos botriōes faciens. In iuuentute sterilis. ꝛ ꝓcedente tempore fecundatur. nobile vinum faciens. ꝛ bene seruabile. et hec species p totam Marchiam precipue comendatur: Est ꝛ alia species que gragnolata dicit᷑: que vnum os tantum habet in grano. ꝛ est lucidissima. ꝛ longum habet aliquantulum granum. ꝛ facit vinū

valde limpidum ꝛ potens ꝛ durabile et nobilis saporis et odoris. et hec apud Tridonam ꝛ in illis partibus maxime comendatur. Est alia species que a quibusdā malixia: ꝛ a quibusdam faracla vocat᷑. que granum album ꝛ rotūdum habꝫ ꝛ turbidum cum subtili cortice. que miro modo ponderat: ꝛ ī terra satis macra defēditur. ꝛ vinum facit mediocris bonitatis ꝛ potentie. nō multum subtile nec multum seruabile. ꝛ hec precipue apud bononiā in honore habet᷑. Est ꝛ alia species. que gorganica dicitur. que alba ē ꝛ rotūda mirabiliter dulcis clara seu lucida ꝛ colore aurea. et cū grosso cortice: seruabilis vltra ōnes alias. ꝛ valde fertilis scilicet femina. quia mascula nihil valet. cuius grana sunt longa ꝛ in colore valde aurea. sed sterilis ē omnio. Et eius vinum est valde subtile et dyaphanum. parue potētie ꝛ satis seruabile. ꝛ hec apud bononiam ꝛ paduam in magna veneratiōe habetur. Est ꝛ alia species que alba maza dicitur. que est alba. nō lucida sed maculis plena. rotunda et mirabiliter dulcis. ꝛ vinum facit dulcissimum. Et quibusdam ānis ē fertilis ꝛ sepe sterilis. ꝛ precipue si strictē putetur. sed satis fertilis est si cum longis palmitibus reliq̄tur. ꝛ hec in multis partibus bononie inuenitur. ꝛ maxime in burgo pauicalis in honore habetur. Est ꝛ alia species q̄ vocatur buranexe. que est vua alba multum dulcis et pulcra. ꝛ in arboribus bene fructificat. Item est vua que vocatur affricogna. que nō est delectabilis

ad edendum. ⁊ in arboribus miro modo fertilis est. ⁊ ideo precipue competit i locis vbi homies vuas inuadunt. ⁊ hee due species apud piscorium pre ceteris diliguntur.

Sūt etiam quedam alie vuarum albarū species sicut liuidella que bonum et seruabile facit vinum et multum. que apud pisanum precipue plantatur: Et verdiga que paruos facit palmites. ⁊ multum fructum. Et verdecla que genera facit viridia ⁊ pua. ⁊ multas fert vuas. Que due species ⁊ iferiores que minus bone dicuntur: in antiquis vineis ⁊ i quibusdam nouis per comitatum inueniuntur Bononie. Sunt ⁊ alie species vuarum albarum quaꝝ quedam licꝫ apud quosdam in magno habeantur honore: tamē apud nos diuersis rationibus aut propter paucitatem fructus ipsarum: aut quia nimium mellinum timeant: minus bone per experientiam reperiuntur. Et he sunt muscatellus et liuatica que optime ad esū sunt ⁊ in arboribus. sed i vineis spissis ⁊ iuxta terram non respondēt ad votum. Et greca ⁊ vernatia que licet apud nos bonū faciāt vinū: tamē faciūt nimis parū. Et berbigones ⁊ coceruia ⁊ grapposa ⁊ fusolana ⁊ lumiza. que bonū faciunt vinum. ⁊ quibusdam ānis sunt miro modo fertiles ⁊ maxios botriones agentes: sed quasi singulis annis fructu destituunt̄ i flore. non ferētes aliquomodo mellinū.

Vuarum similiter nigrarum vel rubearum multe sunt species. q̄dā valde bone. ⁊ quedam parum. Et bōe quedam sunt grilla ⁊ zizaga sine mardegana: que sunt quasi eiusdem conditionis. sunt enim modicum nigre: multum fertiles ōni anno. habentes longa grana: ⁊ ipsorū corticem subtilem ⁊ pulcrum. ⁊ delectabile vinum faciunt ⁊ satis seruabile. sed propter nimiam pluuiā crepant eorum grana. ⁊ in montibꝰ non bene proueniunt. sed in cāpestribus agris letantur. Differūt tamen quia zizaga nobilius vinum facit: sed minꝰ. quia paruos facit botriones et raros sed multos et pua grana. Grilla vero facit ōnium horum opposita. ⁊ he species habūdanter inueniuntur Bononie ⁊ in multis aliis terris. Est ⁊ alia spēs vue nigre que vocat̄ Dubrolum. que nō est delectabilis ad edēdū. ⁊ ē miro modo vinosa. ⁊ vult terram pinguem ⁊ stercoratam. ⁊ valde timet vmbras. ⁊ mature pullulat. et vinū facit optimum ⁊ seruabile ⁊ potēs valde. nec audet vltra vnam diem vel duas stare in grappis. ⁊ hec in ciuitate astensi ⁊ in illis partibus in maximo honore habetur. Est ⁊ alia species q̄ vocat̄ maiolus que est vua nigra valde cito maturabilis. et pulcros et longos ⁊ spissos botriones faciēs. in sapore dulcissima. ⁊ vinū facit durum. ⁊ satis seruabile quasi nigrū. ⁊ satis fertilis est: sed mellinum aliquantulum timet. et in plano ⁊ in montibus prouenit. ⁊ hec maxime apud Bononiam i locis infinitis habet̄. Est ⁊ alia species que buracla vocatur que valde nigra est habēs lōga grana. ⁊ vinum faciēs valde nigrum ⁊ bonum i terris humidis ⁊ aquosis. sed in montanis

⁊ siccis locis nõ letat᷑. ⁊ hec apud farrariam pre ceteris speciebus eli gitur. Est ⁊ alia species q̃ vocatur Gimarescha .hec non est multum ni gra longum habẽs granum. ⁊ ante maturitatem omnia folia perdit. in sapore acra siue acida. mediocriter fertilis. botriones facit raros. et vi num optimum ⁊ diu seruabile. et hec vua non comeditur ab auib9 vel canibus. nec libenter ab homi nibus. ⁊ ex ea plurimum inuenitur in partibus montanis Bononie. Est ⁊ alia species que dicitur Gra ion9 q̃si predicte similis i sapore et vini durabilitate ⁊ forma. sed ma iores valde botriones facit. ⁊ gra na grossiora. ⁊ habundantius vi num: sed minus nobile. ⁊ magis pĩ gui loco letatur. ⁊ hec in pluribus partibus Bononie iuenitur. Est ⁊ alia species vue nigre que dicit᷑ paderinga. que grossos ⁊ spissos facit grappos ⁊ multas vuas pro fert. ⁊ vinũ grossũ. ⁊ ꝓ hyeme de lectabile facit. sed in estate non du rat. ⁊ hec in infinitis vineis Bono nie inuenitur. Sunt ⁊ alie multe species vuarum nigrarum. q̃ prop ter varias conditiones malas mi nus approbantur. sicut est pingno l9 que multum diligitur apud me diolanum super arbusculis. sed a pud nos nõ bene fructificat. Et al batica cũ qua tinguntur alia vina. que nimis mellinum timet. ⁊ vinũ nimis austerum facit. Et varana clentina et portina. que licet sunt mirabilis dulcedinis ad edẽdum ⁊ bonum faciant vinum: tamen sũt fere steriles: ⁊ nimis mellinum ti ment. Et valmurica ⁊ tusta q̃ val de nigre sunt. Et melogonus qui ã te omnes species denigrat᷑. ⁊ cani cula. q̃ pulcerrima vua ⁊ seruabi lis est. que omnes alternis fructifi cãt tantum annis. Est etiam que dam species vue rubee. vt cina pri um valde dulcis ⁊ seruabilis. sed parum fertilis. Sunt etiam quedã genera ⁊ species vuarum siluestriũ que lambrusce vocantur. quarum quedam sunt albe. quedam nigre que valde parua faciunt grana. et paruos grappos. que sup arbores ⁊ sepes spinarum viridium suo na turali motu cõscẽdunt. ⁊ nõ putã tur. sed si putarentur ⁊ per cultum domesticarentur grappos facerent maiores. grana ꝙ grossiora q̃ pri9 Et he q̃ nigre sunt tingunt vinum ⁊ clarificant si integre vel cum ra cemis conquassate ponantur in do liis. nec viciant saporem vini. Et q̃ albe sunt clarificant et putrificãt vina alba. Sunt ⁊ quedam spẽs vuarum grossarum ⁊ durarũ que dicũtur pergule ⁊ brumesce. quarũ quedam sunt albe. quedam nigre: quedam rubee: ⁊ quedã habent gra na rotũda. q̃dã longa valde. q̃dã mediocriter. quedam specialia non habent nomia. Et earum quedam tempestiue maturationẽ recipiunt quedam tarde. Et ex his eligende sunt que magis placent ad esum. quia propter nihil aliud plãtant᷑: tamen ex eis vinum non fiat. satis tamen competũt ad agrestum faci endum.

De aere que vitibus competit. ⁊ de situatione vinearum.

Elũ mediocris q̃litatis tepidũ magis q̃ frigidũ esse debet. siccum poti⁹ q̃ nimis vmbrosũ. Sȝ ante õnia vitis procellas ventosq̃ nimis formidat. Aquilo tamen vites sibi obiectas fecundat. Auster vero nobilitat. Ideoq̃ in arbitrio nostro est an pl⁹ de vio habeam⁹ an melius. De situ vineaꝝ etiam sciendum est: q campi a montib⁹ remoti ꝛ valles nõ aquose: largius vinum ferunt. Colles vero ꝛ campi iuxta eos existentes ꝛ naturam eorum habentes nobili⁹ vinum faciunt. Preterea est sciendum q i locis frigidis in montibus a meridie vineta ponẽda sunt. Calidis a septentrione. Temperatis ab oriente. vel si necesse fuerit ab occidente. vt hac industria excellẽs qualitas temperetur. Loca naturam sepe vitibus mutant. ꝛ ideo earum genera conuenienter aptentur. Plano igit̃ loco statues vitem. que nebulas sustinet ꝛ pruinas. Collibus q̃ siccitatem durat ꝛ ventos. Pingui agro: graciles atq̃ fecundas. Macro feraces ꝛ solidas. Frigido ꝛ nebuloso: eas que hyemem celeri maturitate preueniunt. aut que duris acinis inter caligines securius florẽt. Vẽtoso tenaces. Calido grani tenerioris ꝛ humidi. Sicco eas que pluuias ferre non possunt. Et ne multa dicam. eligẽda sunt genera que defensione viciorum suorũ contraria loca diligunt his in quibus durare nõ possunt. placida sane regio ꝛ serena: tute genus omne suscipiet. Industrius ergo vir ꝓbata diligat. ꝛ locis talibus mãdet que imitari possunt ea vnde sumũtur. sic merita queq̃ seruabit.

De terra que vitibus apta est.

Solũ ad vineas ponẽdas nec spissũ nimis nec resolutũ. propi⁹ tamẽ ẽẽ resoluto nec exile nec. debȝ letissimum: tamen leto proximum. nec cãpestre nec preceps. nec siccũ. nec vliginosum. modice tamen roscidum. nec salsum nec amarum qḋ vitium saporem corrupto vino cõtristat. Tofus ꝛ alia duriora vbi gelu relaxantur ꝛ solibus: pulcerrimas ferunt vineas refrigeratis estate radicibus ꝛ humore detento. Sȝ ꝛ soluta glarea ꝛ calculos⁹ ager ꝛ mobiles lapides: si tamẽ hec omnia se glebis pinguibus miscuerit. ꝛ silex circum terrã suppositus: qa frigidus est ꝛ tenax: humoris radices estate sitire non patitur. Item loca ad que de cacuminibus terra decurrit: vel valles quas fluminũ saturauit aggestio. Argillosa terra comoda est. sed argilla sola grauiter inimica. Niger sabulo ꝛ rubeus vtilis ẽ: cui fortis est terra permixta. Carbunculus nisi stercoret̃: macras vineas reddit. In rubrica difficile comprehendunt: quãuis postea nutriantur ĩ ea. sed hoc terre genus est valde operibus inimicum. quia puo vel humore vel sole aut nimis madescit aut nimis siccat̃. Ideoq̃ maxime vtile solum ẽ. qḋ inter omnes nimietates temperamẽtum tenebit ꝛ proximi⁹ raro q̃ dẽso. Vtilem vineis terram per hec signa cognosces. si coloris ꝛ corporis rari aliquatenus ac resoluti est.

Virgulta que protulit leuia nitida
pcera ⁊ fecũda sũt. vt pirꝰ siluest
tris pꝛunꝰ rubꝰ ceteraq3 huiusmo
di. neq3 itoꝛta. neq3 sterilia. neq3 sca
broſa nec macra exilitate lāguētia.

Ad pastinandum preterea: rudes
agros vel maxie siluestres eligamꝰ
Vltia est eius conditio. ī quo fue
runt vineta vetusta. quo si necessi
tas coegerit prius multis arationi
bus exercitātur. vt abolitis radici
bꝰ prioris vinee ⁊ omni eius cacie
⁊ squaloꝛe depulso: nouella vitis
tutius possit induci.

De pastinatione ⁊ dispositione ter
re in qua vinea est plantanda.

E mēse Septembris vel
Octobꝛis locis aridis:
aut Januarii vel Febru
arii seu Martii locis hu
midis fieri debet pastinum siue cul
tura vbi vinea est plantanda. Et
tribus fit generibus. aut terra in to
tum fossa: aut sulcis: aut scrobibꝰ.
Tota terra debet effodi vbi ager ē
immundus: vt siluestribus trūcis
⁊ radicibus filicis vel herbarū nox
iarum spacia liberentur. Vbi autē
sunt munde nouales: scrobibꝰ pas
tinemus aut sulcis. sed melius erit
sulcis: quia humoꝛem velut in to
tū pastinata spacia transmittunt. Fi
unt autē sulci longitudine qua des
tinaueris. Tabule latitudie trium
pedum vel quatuoꝛ. altitudie vni
us pedis: in locis hūidis. vel duo
rum in locis siccis. Deinde si ligo
nibus per homines vinea est colen
da: tantum crudi soli relinquimus
cꝫ altero sulco impꝛesso vitium aci
es tribus vel quatuoꝛ distent pedi
bus. scilicet tribus in solo exili. q̄
tuoꝛ in pingui. ⁊ tribus ⁊ semis in
mediocri. Si vero arāde sūt vinee
quinq3 vel sex pedum spacia que
non fodienda sunt in medio relin
quūtur. Qꝫ si scrobes fieri placeat
tantum fiant longe quātum vites
distare debebunt. vt ī quolibꝫ scro
bis capite plāta vna pōat᷑. Pos
sunt tamen comodissime sulci fieri
distantes in triplo q̄3 vinea spissa
finaliter esse debebit. ⁊ in quolibet
sulco plante ī duplo spissioꝛes q̄3
esse debeant poni. Sicq3 acies ligo
nibus procurari. ⁊ spacia per trien
nium aut quadriennium arari. ⁊ ō
ni genere seminū seri. Cūq3 vites
excreuerint: vnam trahi a dextris:
⁊ alterā a sinistris. ⁊ de vtraq3 du
as fieri vites: sicq3 spacium totum
impleri. Scrobes non sunt vltra
duos pedes altius fodiēde. Ne q̄
pangimus frigoꝛe sarmēta laboꝛēt:
latera scrobibus equaliter sint inci
sa. ne obliqua vitis saucietur alte
nitentibus sarmentis cum fossoꝛ in
cūbet. Pastinum autem omne qđ
versabitur: duoꝛum pedum altitu
dine vniuersa terra fodiat᷑. In qᵒ
erit diligentia ne crudum solum oc
culta fraude fossoꝛ includat. quā
rem per spacia que fodiuntur vir
ga custos exploꝛet. in qua modus
ē predicte altitudinis designatus.
Et radices omnes ⁊ purgamenta
maxime rubi ⁊ filicis in summum
redigi faciat. q̄ cura in ōni positio
nis genere ē ūdiq3 seruāda. Pos
sunt etiam comode fieri fouee par
ue ⁊ stricte. conueniēter tamen pro
funde: vbicūq3 vites p vniuersum
agrum perpetuo stare debēt. secūdū

ꝙ per omnes agricultores expertos Bononie. ⁊ in locis aliis pluribus obseruatur. Possunt etiam foramina i terra fieri vbicūq; vitis plantāda est. que quidem cum palo fieri consueuerunt. Sed ē meli⁹ valde ꝙ fiant cum foraterra quod est instrumentum ferreum p me primitus in rerum natura inuentum. quo terra quantum expedit profūde foratur: forasq; terra educitur. nec in foraminis parietib⁹ conculcatur: vt ifixionem debilium radicum impediat. ⁊ hoc quidem puo valde labore perficitur: nisi ager lapidosus fuerit vel saxosus. Loc⁹ quidem qui pastinandus erit. pri⁹ impedimentis ⁊ omnib⁹ liberetur arborib⁹: ne fossa terra post calcatu assiduo solidet᷑. Illud quidē experimentis assiduis compertū ē: vites melius prouenire si vel stati fosse terre vel non longe ante pangātur: cum tumor pastini nondum repetita soliditate subsedit. ⁊ hoc quidem in sulcis ⁊ scrobibus est ꝓbatum.

Qualiter debent colligi plāte vitis ⁊ q̄les: ⁊ qualier seruari ⁊ ad ptes remotas portari.

Plante vitis que taioli dicuntur colligi debent quando plātande sunt: ⁊ etiā añ colligi possunt si bene seruentur. Et meliora qdē tempora colligendi eas sunt temp⁹ Octobris: quādo pars foliorū cecidit: ⁊ pars adhuc retinetur in vite. tunc enim calor naturalis vitis adhuc est expāsus in ramis. sed tamē omnes frondes ceciderunt omnino: ⁊ superuenit gelu intensum in aere: tunc rami eius calore naturali destituti sunt. qui propter frig⁹ aeris: fugam habuit ad radices ad calida viscera terre. quare tales plante difficilius comprehendūt. Tēpus preterea Martii in quo iam calor ⁊ humor ad ramos rediit: ita ꝙ eorum gemme iam tumescere incipiant: est optimum ad plantaruꝫ collectionem propter eādem rationem. Eligendarum quidem plantarum ratio est multiplex. ⁊ primo quidē ex tali terra eligi debent: que nō sit multum pinguior ea in qua pangi debent: sed sit equalis aut exilior. nam si a pīgui terra ad soluꝫ exile transferantur: vtiles esse non possunt nisi sepe stercore adiuuēt᷑. Item eligenda sunt pangenda sarmēta de vite media: nō de summa neq; de infima: quinq; vel sex gemmarum spacio a veteri procedētia. quia non facile degenerant que de talibus locis colliguntur. Summa flagella repudiemus ac surculos. qui licet loco bono nati sunt: tamē feracitatis beneficio caruerūt. panpinus autem qui de duro nascit᷑: etiam si fructum attulit: pro frugifero non ponatur. in suo enim loco fecundatur a matre. translatus vero tenꝫ sterilitatis vicium quod nascendi conditione suscepit. Sumantur etiā de fecunda vite. neq; estimemus ea brachia fertilia que vuas singulas ac bias producūt: sed que multa vbertate curuātur. Nam potest ferax vitis in se feraciores habere materias. Erit autem in hoc signum fertilitatis: si de duro aliq° loco fructū citabit.

si fetu impleuerit ramulos ex omni parte surgentes. sed hoc signis proprijs per vindemias e notandum. Asserit autem Columela vno anno explorari fertilitatem non posse: sz quatuor. quo numero cognoscitur vera generositas surculorum. Ad pangendum nouellus palmes debz eligi: duri in se nihil habens ₇ veteris sarmenti: quoniam hoc sepe corrumpitur ₇ putrescit. Mensura sarmenti vnius cubiti secundum Paladium esse debet. Mihi autem videtur longius esse debere. maxime i locis decliuis mõtuosis ₇ aridis. cum in foueis oblique panguntur ipsumqꝫ ramulis ₇ capriolis siue abis esse purgandum. Seruande sunt plante vitis taliter: qꝫ vento aut sole non vrantur: aut aliquo modo ledantur. ₇ precipue sub terra vsqꝫ ad dimidiam partẽ merse: si paucis erunt seruande dieb9. Si vero diu eas seruare necesse fuerit: ₇ maxime iam multo adueniẽte calore: vsqꝫ quasi ad summitates ipsarum terra valde trita operiantur a parte: adeo qꝫ terra tam itra qꝫ supra posita diligenter singulas plantas tangat. Qꝫ si eas transuehi ad partes multũ remotas oportuerit. purgamentum tritici qd vocamus Loctũ: vel palee molles ₇ modicũ lutose cum plantis optime misceãtur: ₇ sacco vel sextorio qd est melius inuolute stricte ligentur: capite grossiori cum prefatis paleis et scorio cooperto. ₇ cũ portantur qñtum fieri potest a sole defendãtur ₇ ventis: Qꝫ si nimia esset aeris siccitas: possunt quãdoqꝫ vtiliter capita grossiora in aqua demergi. sic enim disposite diu ferri poterunt ₇ teneri sine lesione ipsarum.

Qualiter et quando vinea ₇ vites sunt plantande.

Tempore Septembris et Aprilis in locis frigidis vinee sunt plantande. Temperatis vero de mẽse Octobris ₇ Martii. Calidis de mense Nouẽbris ₇ Februarii. Ita tamen qꝫ in omnib9 prefatis locis si humida et cãpestria depressa fuerint: post hyemem pangãtur: ne calor naturalis ipsarũ: duplici aquositate loci videlicet ₇ hyemis extinguatur. Si vero arida ₇ montuosa sint loca pangenda: ante hyemẽ plantentur. vt superflua locorum siccitas circa plantas humiditate hyemis temperetur. In locis vero temperatis ante hyemem et post congrue potest pangi. Item ponẽde sunt vites placidis diebus ac tepidis: quando solum est modice humidum. sed poti9 aridum qꝫ lutosum. Cum vinea plantatur in ordine. aut plantatur in foraminibus palorum grossorum: vel in foramine instrumenti quod foratura vocatur quod est valde melius. et tunc factis foraminibus directis vel parũ obliquis. duo sarmentes in partẽ inferiori oblique incisi: foramini imprimãtur. ₇ sabulum vel terra soluta ₇ trita ₇ cũ pauco maturissimo letamie palearum mixta vsqꝫ ad medium foramen põatur. Deinde creta vel terra ibidem iuẽta repleatur. Aut in paruis foueis conuenienter profundis pangunt capitibus plantarum lõge positis

in parte infima ꝛ in suprema iuxta signum cum fune proporcionaliter vndiqꝫ positum coniunctis. ꝛ terra contrita mediocriter superinducitᷣ ꝛ cōculcatᷣ. Caput sarmenti cum deponitur torquendum nō est: nec aliquo modo vexandum. Nā ps ea de qua radix speratᷣ: iniurie nulli subicienda est. Due gemme ferti les remaneant supra terram. nec di uersa penitus fecundiori parte supra eam quod est sterili proximum relinquatur. Vbi pinguis est natura terrarum: maiora inter vites spacia reliqm̄ꝰ scilicet q̄tuor pedū. vbi exilis: angusta scilicet trium. vbi vero mediocris: trium pedum ꝛ semis. Preterea non est tantum vno genere vitium omne pastinū conserendum: ne ānus iniquus generi vindemie speciem omnē excludat. ꝛ ideo quatuor vel quinqꝫ generis eximii sarmenta pangemus. At expediet maxime genera tabulatim disponi. ꝛ sic generum diuersitate distincte posita: po terit eam operariorū minor numerꝰ expedire: ꝛ gradatim que velociꝰ maturantur prius condere. deinde q̄ seriꝰ ac meliꝰ puro sapore siue luctamine alterius generis vnaqueqꝫ vina seruare. Et si hoc facere tibi difficile videatur: non alia simul conseras q̄ꝫ que sapore ꝛ flore ꝛ maturitate conueniāt. In scrobibꝰ vero magnis ꝛ latis: vt vitium distātia esse debet per angulos quatuor sarmenta deponas: ꝛ vinariam vt dicit Columela stercori mixtā simul sperges. ꝛ si exile solum fuerit: pinguem inseras terram scrobi. Si vero nimis cretosum: eidem misceas sabulum. Quod si arbustū te delectat habere: plātam generose vitis priꝰ ī seminario nutrire debebis. Vnde radicata transferatur ad scrobem cui arbor est iuncta. In seminario autem breui spacio distantia inter se sarmenta depones. Et cum conualuerint: hinc post biennium radicabitur vitis vel arbuscula et transfertur. Quas cum depones in scrobem: ad singulas materias rediges putatis omnibus que scabra sunt. curtatis etiam radicibus: si quas poteris iuenire vexatas. In scrobe autem ad arbustum faciēdū duas radicatas vites depones: obseruans ne se in radice contingāt. ꝛ ipsas vites ad scrobis latera discreta coniunges. Maro asserit scrobem non primo anno esse complendam: que res faciet vitem altiꝰ fūdare radices. sed hoc aridis ꝓuinciis forte cōueniet. humidis vero sata putrefiēt humore suscepto: nisi terra statim cumuletᷣ. Sed arbusta qui faciet: plātas arborū de his generibꝰ ponat. Vel si agro suppetit habundantia: his vtatur vlmo oplo salice populo fraxino cerasо nuce pruno ꝛ similibus. sed salice ꝛ populo in locis humidis tātum vti possumus. ceteris vero ī his ꝛ aliis locis. Ex his autem generibꝰ truncos radicatos vel salicem ꝛ populum sine radicibus: circa scrobē vitis cōstitui oportet. In scrobe: vitis ab arbore sua sesqpedis vel duorum pedū spacio distare debebit. Nam arbori nimis proxima vitis: aut ipsius obtinet incremētum aut opprimetur ab ea. Aliud etiam de transferenda vite igenium fieri

potest. Ex vimine parua corbicula ad arborem vel pergularium fert' cui vitis adheret. ⁊ in fūdi media parte pertundit'. ⁊ inducto in eam sarmento vitis suspenditur et terra repletur. quod sarmentum exacto anno in corbicule fundo incisum: cum ipsa corbicula portabitur ad locum vbi plantare propōis. ibiq; cum ipsa corbicula obruitur circa arboris maritande radices. et hec qdem fiet sine ābiguitate prenden di. Caueis etiam munienda est ad uersum pecoris appetentis iīurias: ⁊ arbori sue protinus alliganda. Cum vero arbores riparum vitib9 munire desideras: optimum ē ⁊ fa cile sulcum in ripa facere. ibiq; spi nas ac taiolas mixti ponere: ⁊ fos sato effosso terram superinducere. sic enim spinis munietur ager. ⁊ p eas vitis tute conscendet. Opti mum preterea gen9 ē prouincialiū vinearum que fiūt vt vites velut arbuscule stent. que quidem plan tātur vt he que in ordine disponū tur. Et he qdē. aut vndiq; pangun tur equaliter: aut vnum ordinem tantū seruant ab alio proximo vt plac; remotū. s; i bis vna sola plā ta in qualib; fouea potest poni: in duabus videlicet aciebus. In ter tia vero bonū erit vbiq; duas pōi quibus proxime plāte perdite: pos sint annis sequentibus reparari. q; si in quolibet loco due ponantur: cum conualuerit debilior auferat' vt vna sola remāeat. Preterea sci ēdū ē q; naturā vitis celum solūq; sustentat: si genera conueīenter ap tentur. Ideoq; in earum plantatio ne precipue obseruanda sunt ea q supra diximus cum de aere et situ vinearum loqueremur.

De propagatione ⁊ renouatiōe vi tium ⁊ vinearum.

Propagationes quādoq; in vineis: quandoq; ad arbusta fiūt. In vineis quidem quādoq; propa gatur in locum vacuum: vbi vitis secundum ordinem vinee debet ēē. Quandoq; vero in locum alterius q infamati generis est sarmentum vitis nobilis propapatur. ⁊ quan doq; per circūferentias ducitur: vt vinea incrementū recipiat. Et pāo quidem modo ad ordinatum pro trabitur locum. aut statim cum sar mentum est sufficienter longū. aut successiue per annos vbi eiusdem deficit lōgitudo. Et idem obseruā dum est in omni propagationis ge nere. Si autem in locum eradicāde vitis propago ducatur. aut hoc sta ti fiat. aut primo āno per vnum pe dē prope vitē auferēdā protrabit': vt babito vitis dampnāde fructu anni prioris: sequentī leuiter in lo cum prius eradicate trabatur. Cū autem protrabitur ad arbores vel arbusta: ad vnum pedem ad min9 ab arbore fiat remota propago. In omnibus autē prenarratis modis letamen i fouea supra terram circa propaginem apparentem relicta po natur. nec sub terra per tractum p paginis apponatur. alioquin su perfluo letaminis calore debilitabi tur vel arescet: nisi fuerit adeo ma turum ⁊ vetus q; omnis calor leta minis exalauerit. Est aūt sciendū predictas propagationes fieri: aut

in fossione totius vitis que pro
pagatur. aut virgis siue curuatu
ra sarmenti. vt velut arcus supra
terram relinquatur: alia parte vitis
ĩfossa. ꝙ si fiat virgis: post bienni
um recidantur. aut triennium qđ ē
tutius propter debilitatem bienna
lium radicum que vitē nouam se
pe non conuenienter defendunt.
Uetus ⁊ ãtiquata vitis: ⁊ que lõ
ge nimium producit frugiferos pal
mites renouatur p studiosum cul
tum congruis temporibus eidem
adbibitum. ⁊ per fimationem leta
minis: aut sarmentorum aut sabu
li in loco nimis cretoso: aut crete ĩ
terra nimium sabulosa. ⁊ per strictã
putationem aut insitionem factam
ĩ loco stipitis nitido ⁊ sucoso. Co
lũela dicit ꝙ si vitis pgularii vel
arbusti que est integro trunco i so
lo robusto stricte putet᷑. ⁊ ablaq̃a
ta fimetur. ⁊ itra tertium vel quar
tum pedem a terra mucrone feriat᷑
acuto. ac fossa frequētius incitet᷑.
ex eo loco germen plerumq꜒ ꝓdu
cit i vere: ac materiam vitis fūdit
qua reparetur vitis. Qꝫ si truncus
vitis ē nimia vetustate corrupt⁹:
de mēse Martii iuxta terre superfi
ciem vel sub ea modicum recidat᷑
vt similis in absciso trũco vitis ea
dem renouetur. vel cum vitis q̃
sola est nimium longe producit fru
giferos palmites: plicetur vnum re
motum a vite ⁊ intrans ibi in ter
ram exeat apodiatus ad vitem. et
post biennium incidatur mater.
Uinee renouande vites. aut õnes
laudabilis sunt generis: ⁊ tunc de
omnib⁹ fiat vt de singulis vitib⁹
supra dictum est proxime. Aut om
nes sunt male. quo casu nil erit vti
lius ꝙ eam vniuersaliter extirpa
re. atq꜒ sufficiēter vetustis cõsump
tis radicibus eam denuo plantare
Qꝫ si quedam vites sunt bõe: q̃dã
male. radicit⁹ extirpatis peiorib⁹
vel appositis palis in omnib⁹ lo
cis in quibus vites aptantur. que
relicte sunt adeo fodiantur ꝙ faci
le flecti possint. ⁊ totaliter submer
se in duas aut plures ptes secũdũ
exigentiam ⁊ possibilitatē ipsarũ
vnaqueq꜒ distribuatur. ⁊ duobus
palmitibus i singulis locis ad pl⁹
relictis: cum duab⁹ gemmis supra
terram ceteri amputēt᷑. ⁊ vnicuiq꜒
viti ex fimo aliquid apponatur.
Hec est pretermittēdũ ꝙ de nouis
palmitibus tantum de vnequeq꜒
sub terra mergēdum est: ꝙ radices
in loco cõgruo nouas emittere pos
sint que i veteri nisi sit quasi nouũ
facile non nascuntur. Qꝫ si aliq̃s
remaneat locus ad quem null⁹ pos
set palmes produci: eidem aliunde
translati noui palmites tribuantur
Omnis preterea propagatio fieri
potest in mensibus Octobris ⁊ No
uembris Februarii: ⁊ Martii. cum
terra nec adeo mollis est ꝙ como
de tractari non possit ⁊ eius partes
comminui. nec adeo dura ꝙ nimi
um fossiõi resistat. In aquosis aũt
nimium locis post hyemem: ⁊ i sic
cis ante hyemem: vtilius propago
ducetur. Ita tamen ꝙ i plano sub
terra vno pede: in cliuis ⁊ ruino
sis vsq꜒ ad duos pedes: vites tra
hēda mergatur. Uel forsan ea que
fit ante hyemem in omnibus locis
est melior: dum tamen in aquosis
terra circa eam bene dispõatur. ga

firmandis radicibus vt ait Pala
dius vitis incumbit: cum proferē
di palmites eā cura nō ꝓmouet.

De insitione vitium.

Vites inseruntur aut i vi
tibus aut i arborib9. Et
i vite quidem isitio duo
bus potest fieri congrue
modis. In trunco videlicet ⁊ pal
mite. Insitio in trunco fit hoc mo
do. Eligatur truncus inserend9 ta
lis qui sit solid9 ⁊ humoris exube
ret alimēto. neqꝫ vlla vetustate aut
iniuria laceratus arescat. Recidat᷑
circa terram ad pedem medium in
fra terram: nam supra terram diffi
cilius comprehendit. Varro autē
vitem scribit inserēdam secari debe
re triduo anteqꝫ inseratur: vt qui i
ea nimius est humor aduēticius ef
fluere possit. Inserendi surculi
sint solidi rotundi gemmis spissis
⁊ pluribus oculati. ex quibus tres
oculi vel duo in insitione ponan
tur. Radatur ergo sarmentum ad
duorum digitorum mensuram: vt
ab vna pte sit cortex. nec patiaris
nudari medullā: ſꝫ leuiter rade vt
incisura possit sensim i acumen exi
re: ⁊ corticata ps cortici noue ma
tris adaptetur. Infimus ocul9 ita
infigatur: vt trunco iunctus adhe
reat. qui ocul9 exteriorem debꝫ res
picere partem. Deinde ligetur vt i
aliis insitionibus est narratum. Te
gumento quoqꝫ aliquo a ventis et
sole defendatur. ne hi quatiāt: hic
adurat. Vbi calor temporis ligatu
ram inuaserit. ipsi pāniculo tenui
humor circa vesperam debꝫ frequē
ter affundi: vt hoc alimento cōtra
vim celi torrentis animetur. Po

test etiam aliquid veteris cum no
uo conuenienter inseri. Cum ergo
germen ceperit incrementum adiu
torio calami vel pali debet ānecti:
ne motus aliquis fragilem sarmen
ti procedentis quasset etatem. Le
ni vinculo et non stricte ligetur:
ne adolescentia mollissimi germis
nodo dure constrictionis āgatur.
Si infra terram inserueris: eam be
neficio congestiōis accumula: vt
hoc quoqꝫ nouis sarmentis preter
nutritis alimenta subueniat. Aliq
etiam i vite vel ramo biennali vel
vltra inserūt surculum longum mo
dicum veteris habentem: ⁊ trunci
grossitudinem possidentem vel etī
am iequalē: vel simul vtrinqꝫ iīc
tis ad scissam vel supradicto mo
do insitione parata: ⁊ lege propagi
nū obseruata. In palmite autem
insitio duobus fit modis. Et v
no quidem qui omnib9 melior ē.
vt nouum sarmentum: nouo per
scissurā addatur. incisura vtriusqꝫ
in eodem iuxta gemmam adhibita
loco. ⁊ ligatura cum peciola ex ce
ra imbuta ⁊ molli vimine. deinde
argilla congrue subsecuta. Alio
modo vt gemma vitis vnius exci
datur vsqꝫ ad medullam profūda
to vulnere ⁊ transuerse vtrīqꝫ ob
liquato. ⁊ tātundem de gemma vi
tis alterius obruatur: ⁊ loco prime
ponatur. ⁊ fiat colligatio vt i aliis
⁊ tunc conualescit ⁊ fructificat.
Quidam etiā expertus mihi asseru
it se vsqꝫ ad medullam vitem par
ua terrebra perforasse: ⁊ ibi surcu
lum conuenientem foramini modi
cum rasum infixisse et comprehen
disse: non abscisa vite. que quidē

ſi abſcidatur debet melius proueni
re. Eſt ⁊ aliꝰ modꝰ optime prouci
ens: vt incidatur inſerenda vitis
oblique vſqꝫ ad medullam vel ꝓ
pe eam: intantum ꝙ cuneus duorū
prope digitorum poſſit immergi. et
tunc ſurculus duarum gemmarū
modicum habens veteris vſqꝫ ad
medullam raſus ab vna parte vt ī
ciſura in acutum tendat: ⁊ prepara
tus eo modo quo melius adeque
tur: alteriꝰ partis exteriori remota
corticula: imprimatur ī plagam et
⁊ solida. quedā tenera ⁊ facile frangibilia. ⁊ quedaꝫ in arbore durabilia: quedam ab ea facile cadentia. Sunt autē multe maloꝝ species: quarum meliores aut deteriores quilibet poterit per experientiam ī qualibet regiōe eligere aut vitare. Hec arbor in omni aere prouenit. ⁊ pingue ac letum solum diligit. cui humorem: non tam rigatio ꝙ natura suppeditet. Et si in arena vel argilla sit: rigationibus adiuuetur. In montanis locis debet ad meridiem versa: constitui. Macrum ⁊ aridū solū poma vermiculosa ⁊ caduca facit. Seritur ramis ⁊ semine ſ; tardus est in vtroq; prouentus. Melius igit̄ est vt in locis calidis Octobri ⁊ Nouembri. In frigidis vero Februario ⁊ Martio: plātas siluestres malorum ponamus. ⁊ cum conualuerint: inserantur. Spatia vero inter ipsas arbores viginti aut triginta pedum esse debebunt. Malus inseri potest: in piro. in spino. in coctano. in sorbo. in psico. platano. populo. ⁊ salice: mense Februario ⁊ Martio. ⁊ per solstitium qnq̄ginta diebus vt ait Catho. ⁊ aliis arboribus quibus pirus. Et in cortice. ⁊ in trunco. ⁊ emplastro. ⁊ ad buccellū. ⁊ in amedani vel salicis partica perforata. vt in generalib⁹ plene traditum est in libro secūdo. Hee arbores primo plantationis sue anno circunfodiantur. ⁊ ab herbis singulis liberentur: quolibꝫ mē se estatis. deinde quibusdam āniis bis vel ter qualibet circunfodiant̄ estate. Sed postq̄ꝫ conualuerint ⁊ suas radices fundauerint: neq; exarari: neq; etiā effodi desiderant. Idcirco magis eis prata conueniunt. Stercus non exigunt quidem: sed libenter assumunt. ⁊ maxime si ei cineres misceantur. Amant modestas irrigationes. putatio his apta est: sed maxime vt arida aut male nata tollantur. Formatur vt sex vel octo pedibus: stipes erigatur a terra. qui alio stipite nunꝙ̄ sociatus existat. Cureturq; vt stipes in multos diuidatur ramos. ⁊ rami in virgas ⁊ fragra que fructum ferant. Et ꝙ equaliter ꝑ omnia latera expandatur taliter: ꝙ rami quandoq; nimium onerati ligamine apposito sustētēt̄. vt hec ī capitulo omnū de arboribus plenius sunt tractata. Accidit facile huic arbori vt poma ei⁹ caduca sint. quod si euenerit: scisse radici lapis imiss⁹ poma tenebit. Si spissa poma ramos onerauerit: Junii ⁊ Julii mēse īterlegēda sunt queq; viciosa: vt sucus qui ingrate his posset īpēdi: ad meliora vertatur. ⁊ generosis abundantiā ministret: quā numerosa vilitate perdebant. Qꝫ si hoc comode fieri nō possit: palis particis ⁊ funib⁹ defē dat̄ a ruptura ramorum: ne copiosa ipsius liberalitas: ī eius interitū ⁊ parniciē conuertatur. Cito senescit hec arbor. ⁊ in senectute degenerat. Estiua poma tunc colligenda sunt: cum colore ⁊ odore ac dulci sapore maturitatē fatentur. Seruabilia vero colligenda sunt: circa finem Septembris: ⁊ vsq; ad medium mensis Octobris. quando casu plurium sanorum: ⁊ nigredie seminum: maturitatem portendunt. Cum longis scalis vsq; ad ramos quos attigere possūt. Abide supra

cum manibus debilibus ramis cu3 funib9 vel vncinis ad fortes bñ fir matis. Legenda sunt diligenter q̃ volum9 mala seruare. ⁊ ea i obscu ro loco vbi ventus non sit vel par u9: vt ait Varro. na3 si fortis ē: fe nestre claudāt'. stramētis pri9 i cra the subiectis vel paleis. aut loco in cumulos secreto dispōim9. Aliq̃ ō nia simul ponūt: ⁊ locū operiunt.

Vinū ⁊ acetū fit de malis: sicut ex piris ifra dicet'. Poma diuidūt' i duo: scilic3 i cruda nō matura ⁊ in cōplete ac pfecte i sua arbore matu rata. Cruda dura sūt ⁊ lignea. male nutriūt. stōacho nocent. dolore3 ge nerant. ⁊ venas non penetrant. et eorum assuefactio: causa est febris diuturne: que dure dissoluitur. qđ ⁊ de ceteris fructibus intelligendū est: qui non sunt perfecte in suis ar boribus maturati. Perfecte i sua arbore maturata: diuersa sunt ꝓ su a diuersitate saporū. Quedā enim sunt pontica. queda3 acetosa. q̄dā dulcia. Et pontica quidem sunt terrestria frigida ⁊ sicca. ad digerē dum tarda. multum autem stoma chi confortatiua: propterea ꝙ stōa chum comprimunt ⁊ humiditate3 superfluam ibi inuentā: descendere faciunt. Sunt etiam egestionis cō strictiua: ⁊ maxime si ante cibu3 su mantur. ⁊ conuenientia sunt his: in quoru3 stomachis calor et humi ditas domiatur. sed grossa sunt ad digerendu3 ⁊ dura: tarde penetran tia venas. inflationem faciunt. ner uis nocēt. Liquor vero eoru3 lau dabilior est ⁊ subtilior ⁊ leuior. Id circo stomachū confortat: ⁊ intesti na. ⁊ valet ad sanguinis fluxum. ⁊ dissinteriam ex colerica egestione. ⁊ vomitum. propterea pomorū hu iusmodi sucum: oportet mandēdo exprimi. carnem vero eici: aut inge niari quo modo earum duricia et asperitas auferatur. Hoc itaq3 fit tribus modis. aut illa elixando in aqua: vt ex aqua humiditatem ex trahant ⁊ mollicie̅. aut super fumū aque calide suspendēdo: vt humec tentur ⁊ maturentur. aut secta p me diū: granis interioribus duris eiec tis: eorum locis mel aut 3ucharum apponendo: secundum naturam ac cipientium. ⁊ pasta inuoluendo. ⁊ in cineribus calidis aut prunis di mittendo: donec pasta exterius ex coquatur. huiusmodi ars mollicie3 ꝓstat: maturitatē saporositatē ⁊ ad digerendū velocitatē. ⁊ noxietate3 eorum in neruos aufert. Acetosis autem domiatur aquosa substātia cum terrestri exiguo. quare frigi ditas eorū ⁊ siccitas temperatiores sunt ponticis: propter vicinitatem liquoris aeree nature. Vnde actio sua composita cum sua stipticitate confert. ⁊ constringit stomachum: ⁊ ventrem. ⁊ egestionem colerica3: ⁊ vomitum inhibet. Cum frigidita te vero ⁊ tenuitate liquoris: sitī exti guit: ⁊ acumē colere rubee ⁊ cardia ce colerice vires aufert. ⁊ humores grossos qui calidi sunt i stōacho: destruit. Dulces vero chimos tenu at: vt totum corpus valeant pene trare. huiusmodi poma ante cibu3 ⁊ post cibum sunt bona edi. sed pi ra ante cibu3 nociua. Dulcia vero quia temperata sunt iter quattuor qualitates: stōacho minime nocēt. ⁊ ad constrictionem ⁊ laxationem

vētris: vim manifestā non habent. Frondes rami et cortices quia stiptica sunt et acida: cōfortatiua sunt stomachi. vulnera solidant. et hūores malos ad ea concurrentes ꝓhibent. Auicenna dicit: quod in eorū substantia dñiatur hūiditas superflua frigida. et fortasse illa que sunt vehementis dulcedinis: in caliditate sunt tēperata: aut declinant ad eam. Et in pomis quidem est inflatio. et ꝓprie in eis que non sunt dulcia. Et insipida sunt aquea valde. et ad partē humidā superflue decliua. Et acetosa et immatura: et generāt flegma. putredines. et febres: ꝓprietate sui humoris: et sue cruditatis. et quia facile recipiunt putrefactiōes. Et vinum quidem pomorum et reliquorum antiquum: melius est quam recēs propter resolutionem vaporum malorum ab eo. Et assiduatio comestionis pomorum: facit euenire dolores neruorum. et proprie vernalia et odorifera: confortāt cor. et si sit ibi āgustia ex caliditate: sunt magni iuuamēti. et confortāt debilitatem stomachi: que stiptica sunt aut pōtica vel acetosa. et conferunt dissinterie et maxime pontica. Et tam poma quam sucus et folia ipsorū: conferunt venenis.

De malopunico.



Malapunica sunt malagranata que nota sunt. Ex quibus quedam sunt dulcia. quedam acria siue acetosa. quedā autem mediocris saporis: inter dulce et acre composita. Regio illis apta est: que calida aut temperata existit. Frigidam vero sustinere nō possunt. Solum cretosum amat hec arbor. et in soluto etiā conualescit. Item macilentum: licet etiam in pingui proueniat. Albertus tamen dicit quod vult solum arenosum et pingue.

Seritur plantis de matrū radice diuulsis. Melius tamen si ramus ē cubitalis incisus manubrii grossitudie: ac vtrōque capite falce leuigatus acuta: velut obliquus immergitur. prius tamen porcino stercore et in capite et in parte que ima ē: liniatur. vel in crudo solo: malleo cogatur ad inferiora defigi. Melius autem ꝓueniet: si ponendus ramus geminata iam matre sumatur. Curandūque ē: ne virgulta depōas īuersa. siue corticibus spoliata. Si in scrobe deponens tres lapillos in ipsa radice cōstituat: prouidetur vt Paladius ait ne poma scindantur. fiant autem pdicte plantatiōes locis temperatis Martio vel Aprili. Calidis autem et siccis: Nouembri. Inseri posse firmatur de ramorum connexione: vt medulla vtrīque diuisa se iūgat. In se tantum inseri potest circa finē Martii vel Kalendas Aprilis. in trunco secto in quo surculus recentissimus inseri statim debet: ne mora exiguum qui est exsiccet humorem. Circunfodi debent autumno et vere. et formari vt vnum aut duos vel tres ad plus habeant stipites a terra modicum eleuatos. et singulis ānis recidi omnia: que in stipite nascentur aut circa radices. Plura eis accidunt nocumenta. quare si acida fiant: non rigentur assidue. nā siccitas in his suauitatem prestat et copiā: cuius nimietati aliquid debet humoris apponi. Si acida nascātur: allaquatis radicibus debet tede clauus

infigi. Alii algam marinam obruũt ad radices. Cui non nulli miscent stercus azininum atq3 porcinu3. Si florem non continet: cum aque pari mensura temperabis. ⁊ ter per annum radicibus illius infundes. vl' amurcam mittes infusam. Vl' radicibus algam iunges. bisq3 rigabis i mense. vel arboris florentis truncũ vt Paladius ait: plumbeo circulo debebis includere. vel corio ãguis inuoluere. Si crepãt poma: lapidẽ in media arboris radice supponis. vel squillam circa arborem seris.

Si vermibus laborant: ⁊ tangis radices felle bubulo: continuo moriuntur. Aut si clauo eneo vermes eosdem purges: difficile nascent'. vl' azini vrina stercori admixta porcino: vermibus obuiabit. Cinis cum lixiuio circa punici trũcu3 frequenter infusus: leta ⁊ fructuosa reddet arbusta. Asserit Marcialis candida in his grana fieri: si argille ⁊ crete quartam partem gypsi misceas: ⁊ toto triennio hoc genus terre radicibus eius adiũgas. Idẽ dicit mire magnitudinis poma fieri: si olla fictilis circa punici arborem obruatur. ⁊ in ea ramus cũ flore claudatur ne resiliat. ligatus ad palũ. tunc cooperta olla contra pluuie muniatur incursus. autumno patefacta sue magnitudinis poma reddet. Multa in punico ipse ait poma procedere: si titimali ⁊ portulace sucus equaliter mixtus anteq̃ gẽmẽt alliniat' arboris trũco. Colliguntur autem: cu3 suorum granorum rubedine completam maturitatem portendunt. Seruantur vero si picatis appendiculis ordinata suspẽdas. Vel aliter lecta integra i aqua marina vel salsa mergantur. vt cu3 biberint: post triduu3 sole siccent'. vt sub diuo nocte pmaneant. Postea in loco frigido suspendantur. ⁊ quñ eis vti volueris: aq̃ dulci pridie macerabis. Item si induantur argilla: ⁊ ea siccata: frigido loco pẽdeãt. Itẽ si olla sub diuo obruant' que habeat arenas vsq3 ad mediũ. ⁊ mala cũ tenacibus lecta imprimãtur cãnis singulis. vel sambuci virgulis. ⁊ ita separata i arenis figãt': vt ipsa quattuor digitis emineant ab arena. Hoc ⁊ sub tecto in scrobe fieri potest. ⁊ vtilius est ad seruandum: si non ramo longiore tollãt'. Aliter in seriola cui ad mediu3 aq̃ mittat': suspẽdũt' mala: ne hũorẽ tãgant. ⁊ seria clauditur: ne ventus irrumpat. Item in dolio sic ordinãt' intra ordeum: ne seinuicem tangãt. ⁊ dolium desuper aperitur. Ex malisgranatis hoc mõ fit vinum. Grana matura diligenter purgata i palmea3 fiscellam mittis. ⁊ i coclea exprimis. ⁊ leuiter coqs vsq3 ad medietatem. ⁊ cũ refrigescerit: picatis ⁊ gypsatis vasculis claudis. Alii sucũ non excoquunt: sed singulis sextariis libras mellis singulas miscẽt ⁊ in predicto vase custodiunt. Ex malispunicis fiunt optime sepes: spisse spinose fortes ⁊ multu3 fructus ferentes. Mala punica vtiliora sunt medicine q̃3 esui. nutrimẽtũ quippe eorum etsi laudabile ẽ ⁊ bonum: tamen parum est: propter subtilitatem eoru3: facileq3 digestionẽ. Hec autẽ quattuor partibus cõposita sunt. que tamen õnes sunt stiptice. prima est cortex. secunda caro

tertia liquor. quarta grana. Liquor frigidus est: sed diversis modis secundum suos sapores et liquiditates. Sunt namque pontica acida. musa dulcia et insipida. Pontica impossibile est accipi secundum cibum: quia propter asperitatem et duriciem abhorreat ea natura. nec recipit nisi secundum medicinam. proinde huiusmodi malagranata si parum in superficie excorticentur. et tritorum sucus aut cum vino aut cum syrupo laxativo potetur: superiora stomachi exprimunt. et expellunt humiditatem putrefactam de inferioribus. et post mundificationem stomachum confortant: absque lesione nervorum eius. Idcirco valet ad febres diuturnas: que ex putrefactis humoribus procreantur. et ad pruriginem et scabiem: de putredine falsi fleumatis ortam. Acida in multis rebus propter parvitatem terrestris substantie: melioris sunt actionis quam cetera. Calores epatis extinguunt. membra confortant. et presertim os stomachi epar et cor. Unde valent ad cardiacam coleram: et ad dolorem qui nascitur in ore stomachi ex colera rubea. habet etiam hoc proprium: quod in oculis ictericorum stillatum: citrinum ab eis abicit colorem. propterea si ablato cortice malagranata acetosa omnia pistentur: et sucus extractus cum melle coquatur: ut unguenti similitudinem habeat: valet ad expulsionem unguium oculorum. purificatque aciem a grossis viscosisque humoribus. Maligranati liquor dulcis: grossior et calidior est et digestibilior. et propterea caloris aliquantulum stomacho ingerit. citoque in coleram rubeam mutatur. et ideo febricitantibus inconveniens est. sed humectat ventrem. pectoris lenit asperitatem. tussi tribuit mitigationem. Muzum vero: quod est inter dulce et acetosum medium: ad epatis calorem et stomachi: non minus valet quam acetosum. sed vim vomitum compescendi ac ventrem stringendi non habet. Insipidum autem quod est quasi aque sapor: propter sui liquoris et aquositatis copia ad frigiditatem pertinet. Unde est inconveniens secundum medicinam. et secundum cibum vel potum. secundum cibum: quia saporem non habet: ut a membris corporis attrahatur. secundum medicinam. quia propter aquositatem. nec stomachum confortat. nec vomitum nec solutionem prohibet. Idcirco fastidium facit stomacho: debilem mollemque ipsum reddit. et cibum in stomacho digeri non permittit. Unde fit causa rugitus et inflationis. Malorumgranatorum nuclei a suco expressi: sunt utiles ad restringendum vomitum colericum et egestionem. precipue si assentur: eorumque pulvis bibatur. Calorem etiam stomachi atque colere rubee acumen extinguunt. Eorum vero cortices frigidi et sicci ac terrestres sunt. quod si in aqua coquantur et fiat clistere: valet contra dissinteriam et diarriam. Item apozima ex eis factum: gingivas confortat. et constringit fluxum sanguinis emoroydarum et mulierum. Item idem cortex in vino coctus et potatus: lumbricos ascarides et cucurbitinos: de ventre mortuos abicit. Flos eorum qui balaustia vocatur: stipticior et siccior

est predictis omnibus. debetq3 ali quantulum siccari ⁊ in vitrio vase recondi. Est enim frigidum ⁊ siccum in secundo gradu. ⁊ seruatur in efficacia per duos annos. Valet autem contra vomitum colericum ⁊ fluxu3 sanguinis ⁊ ventris ex debilitate virtutis cōtentiue. nā contra vomitum: terātur balaustie. et coquātur in aceto. ⁊ spongia intincta ponatur super furculā pectoris. Et contra fluxum: coquatur in aq̄ pluuiali ⁊ fiat fomentum. Auicēna dicit: q cortices maligranati ⁊ balaustie vtrūq3 retinet omnē fluxum sanguinis. consolidat plagas ⁊ vlcera antiq̄. ⁊ fortes efficit dentes motos.

De moro.

Mr9 est arbor nota: plurimu3 vitis amica. Que calidū desiderat aerē: aut temperatum. frigidū vero recusat. loca autē q̄rit sabulosa. ⁊ plerunq3 maritima. ⁊ in mediocriter soluta prouenit. sed in tuffo vel argilla vix comprehendit. stercore aut pingui terra valde letatur. Ideo q3 inter domos in ciuitatibus vbi est multa pinguedo: plurimu3 letatur: ⁊ magna viridisq3 efficitur.

Seri potest in locis tēperatis: mēse Martii. vel circa finem Februarii. Calidis vero: mense Octobris ⁊ Nouembris. Seri autem potest semine: sed poma ⁊ virgulta degenerant. Melius autem serit' taleis ⁊ cacuminibus. ⁊ melius taleis sesq pedalibus ex vtraq3 parte lenigatis ⁊ fimo oblitis. Et cu3 scrobem paulo ante fecerim9: immergimus. ⁊ in cinere terre admixto: tegamus. nec amplius quasi quattuor digitis supra terram relinquamus. Plantā robustā transferas mēse Octobris ⁊ Nouembris. Tenera3 Februario ⁊ Martio. Scrobes desiderat altas ⁊ interualla magna. xxx. scilicet pedū vel citra: ne vna vmbris p̄mat' alteri9 ⁊ in radicibus se impediāt.

Inseritur autem in se. ⁊ in persico secūdū quosdā. vl' fico. q̄ si comp̄hendat: cōualescere bene non deb3. vlmo etiam insita vt ait Paladi9: comprehendit: sed magne parturit infelicitatis augmenta. Fossionibus letatur ⁊ stercore. sed humor assiduus: moris prodesse nō creditur. difficulter crescit: nisi fuerit in valde leto solo. vel putrida ī bis ⁊ arida post triennium. quotiens opus fuerit: sunt putāda. Circa kalendas Octobris morus allaqueāda est. ⁊ radicibus eius: vini veteris feces recentissime infundende.

Formanda est autem: vt vno tātum stipite sit contēta. ⁊ rami principales circa octo pedes eleuent' a terra. Vel plus aut minus secūdu3 q in leto solo fuerit vel exili. vt in leto altiores: in exili depressiores formentur. Feracem letioreq3 mori arbore3 aliqui fieri tradiderunt: si perforato bicīde trūco: singulos cuneos inseramus terebinti. Accidit preterea nocumentum magnu3 moro: vt eius impediatur augmentu3. ⁊ fructibus eius vt inutiles ōnino fiant: si foliis suis spoliet'. ⁊ maxime si non fuerint que ī summitatibus sunt ramusculorum in eis relicte. Vl' quod peius est. ip̄e summitates cum frondibus sint collecte. vt sepe importune nimiū faciūt

mulieres: quū eas propter vermiū sericorum escam suscipiunt. Folia que sunt optimus cibus vermiuꝫ: colliguntur statim cum vermes nati fuerit. usq꜁ ꝙ a cibo desistunt: ⁊ incipiunt facere op⁹ suum. fruct⁹ autem cuꝫ sua nigredine ⁊ teneritudine: maturitatem fatentur. Mora duobus sunt modis. aut acria non perfecte matura. aut perfecte dulcia maturata. Acria frigida sunt ⁊ sicca. vim habent stipticam. stomachi ⁊ intestinoruꝫ confortatiuam. ⁊ ventrem constipant. quare huiusmodi siccata: multum valent ad dyarriam ⁊ dissinteriam. maxime si colerice sint. Item eorum sucus valet plurimū ad gutturū vel faucium aut vue dolorem. maxime cū sappa ⁊ modico zucharo coctus. Matura autem dulcia: modicum ad calorem pertinent. ad hūiditatem vero multuꝫ. quare cito de stomacho eiciuntur. Ventrem hūectant ⁊ vrinam prouocant. Si tamē cibum in stomacho ante se acceptū inuenerit: commorantur: cibo resistente. ⁊ in corruptionē conuertūt᷑. ⁊ stomacho ac capiti nocent. Si vero stomachuꝫ vacuuꝫ inuenerint: bene digeruntur. modicum tamen nutriunt. ieiunis accepta in aqua vel niue refrigerata: refrigeratiua sunt valde. sitim auferunt: ⁊ incensioneꝫ caloris extinguunt. Radix mori cum aqua cocta ⁊ potata ventreꝫ humectat. ⁊ lumbricos ⁊ cucurbitinos expellit. Si vero frondes simul cum radice coquantur: ⁊ aq̄ eorum retineatur ī ore: valet ad dolorem dentium. Si autem cum vino coquantur: ⁊ gargarismus fiat: valet ad humores ad vuam descendētes ⁊ gutt᷑. Si pistata mori radix in aceto ponatur: ⁊ ad solem dieb⁹ .xii. dimittatur: ⁊ desiccata redigatur in puluerem: hic dentes perforatos ⁊ putridos euellit appositus.

Auicenna dicit ꝙ moruꝫ est malū stomacho: corrumpitur eniꝫ in eo. ⁊ quādo corrumpitur: velociter nocet. Et oportet ꝙ comedantur ōnes species ante cibum. ⁊ recipiantur ī stomacho ī quo non fit corruptio. Et morum quod sallitum est ⁊ siccatum: retinet ventrem vehementer ⁊ confert dissinterie. Et di corticis eius fit mundificatio. ⁊ solutio eius est plurima. ⁊ in omnibus speciebus mori: est prouocatio vrine. Et cortex mori: ē tyriaca iusquiami:

De muniaco.

Vniacus est arbor q̄daꝫ que est quasi similis pruno. sed est magis nodosa. Et eius fructus est magnitudinis communium prunorum. sꝫ similis fructuum persicorum in forma. Est tamen valde odoriferum. ⁊ in colore aureuꝫ eius pomum. Aerē ⁊ terram desiderat vt prunus. solutum tamen solum diligit. non argillam vel cretā. Seritur semine fructus: mense Februario ⁊ Januario. ⁊ mense Octobris Nouembris Februarii ⁊ Martii transplantatur. In se vero ⁊ pruno ⁊ p̄sico ⁊ forsan amigdalo: potest īseri. Circunfodi debet assidue. ⁊ siccis temporibus irrigari. atq꜁ putria ⁊ arida in ea recidi. ⁊ vt prunus formari. Min⁹ sunt humida poma eius: q̄ꝫ persica aut pruna. magis tamen stomachi

aut cerebri confortatiua: cũ optime matura existunt. quod eorũ color sapor ꝛ odor aperte demonstrãt.

De mespilo.

Espilus seu vespilus est arbor nota. Et ex pomis eius: quedã sunt grossa ꝛ domestica modicum pontica. Et quedam sunt siluestria parua ꝛ valde pontica. Aerẽ calidum temperatum ꝛ frigidum sustinet. Et terram desiderat sabulosam pinguem vel glareosam: cui arena permixta est vel argilla cum saxis. Seritur mense Martio vel Nouembri tale is. sed solo stercorato. ita ꝙ vtrũq; caput talee: stercus obducat. Seritur ꝛ semine. sed in longam speratur etatem. Inseritur autem in se ĩ piro pomo ꝛ spia alba. ꝛ citonio. Surculus tamen eius ex arbore media debet assumi. nam de summitatibus viciosus est. In trunco scisso inserenda est. nam corticis macies ieiuna: si in cortice inseratur nil nutriet. Albertus autem dicit: ꝙ quando insitio fit: de eis super trũcum alteri⁹ generis. scilicet mali vł piri vel etiam alicuius spine. tunc fructus eius multum excrescit ĩ q̃titate: sed non producit ossa. quia fructus est ĩ proprio ligno crescẽs. Ego autem sepe inserui in pirũ ꝛ malum a coctanum ꝛ spinam albã. ꝛ non inueni ossibus carere nec in quantitate augeri. Si aũt deficerẽt escula id est vespila. in aliqua regione expertum est vt dicit Albert⁹: ꝙ quãdo inseritur fragrum persici in truncum spine magne: quẽ est similis fago in ligno ꝛ cortice. ꝛ vocatur spina fagina vulgariter. crescunt mespila maiora ꝛ meliora que visa sunt. Amat putari ꝛ circũfodi. Fimus ꝛ vitium cinis si radicibus infundatur: eam fertilem reddunt. Formatur vt modicum supra terrã circa quattuor habeat stipites vel ramos. qui ad exteriora eleuati tendantur. ꝛ altitudinem boum excedant. Si vermibus occupatur: stilo eneo secundũ Paladium sunt purgandi. ꝛ amurca vel humana veteri vrina vel calce: perfũdẽdi. sed parci⁹: propter arboris noxã. vel aqua decocti lupini. sed putatur hic arbor sterilis fieri. Si formice infeste sunt: rubrica cum aceto ꝛ cinere temperata: necabũtur. Si poma labuntur: frustum de eius radice precisum in media trunci parte figamus. Mespila ad seruandũ leguntur: nondum mitia. que ꝛ in arbore durabunt diu. vel in viriolis picatis: vel in ordinem suspẽsa vel cũ pendiculis seminatura ꝛ aq̃ salsa per quinq; dies macerata. postea sepe infundant̃ ne enatent. Die serena legantur ac media. ꝛ paleis obruantur discreta: ne ea vicissim tactus afficiat. Seruantur ꝛ melle. si nimis matura collegeris. Ex mespilis bone sepes fieri possunt. si spisse plantentur. vel virgis propaginentur vel spinorum alborum aut coctanorũ per totum sepibus inserantur. Mespila siue escula frigida sunt ꝛ sicca ĩ primo gradu. proprietatem habent stomachũ cõfortandi. ꝛ colericam egestionẽ ac vomitum auferunt. vrinã prouocant. magisq; ad medicinã competunt: q̃ ad cibũ. parũ enim nutriunt: ꝛ grossũ faciũt cibũ: Meliora

autem sunt. si ante cibum sumant': q̄ȝ post cibum. quia stomachi sunt confortatiua: ⁊ neruositati eius nō nociua.

De mirto.

Mirtus est fructus in litore maris: sup quo mare sepe exundat precipue abundans. Aerem querit calidum aut temperatum aut frigidum secū dum Albertum. Terram autem desiderat sabulosam. solutam macraȝ ⁊ heremi proprietatem habentem. Seritur plātis ab ipsa matre euulsis. Mirtuli qui sunt fructus eiꝰ frigidi sunt in primo gradu. ⁊ sicci in secundo. qui pricipaliter cōpetunt medicine. secundario folia et flores. Et quanto vero recentiores sunt fructus eiꝰ ⁊ flores: tanto meliores. Fructus post maturitatē collecti: in magna efficatia post biennium seruantur: ad solem debēt siccari. Flores nō possūt diu seruari: sed folia diutius. virtutem habent constringēdi ex ponticitate. ⁊ confortandi ex aromaticitate. Cōtra vomitum ⁊ fluxum ventris ⁊ profluuȝ mulieris ex debilitate virtutis contentiue vel ex humiditate: dentur ipsi fructus ad comedendū vel sucus expressus. Detur etiam syrupus ex suco eoruȝ: addito zucharo quod optimum est contra p̄dicta. ⁊ potest per annum seruari: si bene coquatur sucus. Si vero nō habes zucharuȝ: adde mel. Ex puluere vel ex fructibus decoctis ⁊ albumīe oui: fiat emplastrum: circa os stomachi: contra vomituȝ. ⁊ cōtra dissinteriam: circa renes ⁊ pectinem ⁊ vmbilicū. Fiat etiam fomentum ex aqua pluuiali decoctionis foliorum eius circa inferiora: ꝓpter fluxum ⁊ dissinteriam ⁊ profluum mulieris. Itē fomētum ex hac aqua circa fronteȝ ⁊ tympora ⁊ pedes: somnuȝ prouocat in febre acuta. ⁊ soluit dolorem capitis ex caliditate. ⁊ fasciculi summitatuȝ eius in aceto vel aqua pluuiali cocti: ⁊ super os stomachi positi: refrenant vomitum. ⁊ super renes pectinem ⁊ vmbilicum valent contra fluxū vētris i acuta febre: soluūt dolorē: qui fit ex acumine caloris dissoluētis. Syrupus ex floribus factus miro modo valet contra predicta. Puluis etiam florum eius datus in cibis ad eadem valet. Et vlceribus suppositus: ea cōsolidat. Itē puluis mirtulorum ⁊ florum eius in mane ante cibum datus: confert laborantibus fetore oris. qui stomachi vicio factus est. Auicēna dicit q̄ retinet solutionem ⁊ sudorem et omnem fluxum sanguinis: ⁊ ōneȝ fluxum ad membrum. Et quando cum ea fit fricatio in balneo: cōfortatur corpus: ⁊ desiccātur humiditates que sunt sub cute. Item eius oleum ⁊ sucus ⁊ decoctio ipsiꝰ confortant radices capillorum. ⁊ ꝓhibent casum ⁊ prolongant eos. ⁊ denigrant. ⁊ proprie eius semina. Et folia eius sicca: prohibent fetorem asellarum ⁊ inguinum. Item sedat appostemata calida: ⁊ adustionem ignis cum oleo. ⁊ similiter emplastrum ex ipso fructu. ⁊ prohibȝ a vētositate. Item emplastrum factum ex fructibus eius decoctis i vino: est conueniens mollificationi iuncturarum. Et eius folia cum i vino

decoquūt᷑. ⁊ fit idē ēplastrū sedās
sodā vehemētē. Itē sedat obtalmia
⁊ exitū. ⁊ cū coqt᷑ cū oleo: sanat eo
rū appostemata. Item cōfortat cor
⁊ aufert tremorem cordis. Itē con
fortat stōachuȝ. ⁊ proprie rob eius
⁊ eius semina: prohibent cursum su
perfluitatum ad stomachum. Iteȝ
est bonus in prohibēdo menstrua.
Item eius sucus confert puncture
scorpionis.

De nuce.

Nux a nocendo dicta eo
q eius vmbra nocet ali
is arborib⁹: nota est. hec
arbor nulluȝ recusat aerem. neq ge
nus terre. licet in pingui soluto so
lo maior ⁊ letior efficiatur. Serit᷑
extremo Ianuarii nucibus suis: eo
more quo seruntur amigdala. ⁊ eis
dem mensibus. Sed quas nouēbri
disponas: aliquaten⁹ sole siccabis
vt exsiccetur noxiū vir⁹ humoris.
Quas vero mēse Ianuari ⁊ Febru
arii positurus es: aqua simplici pri
die macerabis. Ponentur autem
transuerse: vt latus id est ipsa cari
na figatur in terra. cacumen ipsuȝ
quū in seminario vel alibi nucē cō
ponimus: in parte dirigimus aqui
lonis. lapis subtus vel testa vt ait
Paladius ponenda est. vt radiceȝ
non simplicet: sed repercussa resper
gat. Transplantatur in locis cali
dis ⁊ siccis mense Octobris cum ca
sum foliorum passa est. ⁊ meli⁹ mē
se Nouembris. In frigidis vero:
mense Februari ⁊ martii. sed in tem
peratis vtroq tempore satis como
de transplantatur. Biennalis in
frigidis: ⁊ triēnalis i calidis regio
nibus transferatur. Radices autē
plantarum: in hac resecare non de
bes. letior fiet si sepius transferat᷑.
Fimo bubulo: ima planta tangen
da est. sed melius cinis in locis fri
gidis: ⁊ sabulum in calidis: sperge
tur in scrobibus. ne calore stercoris
aduratur. nam ⁊ cinis creditur cor
ticis ei⁹ teneritudineȝ procurare: ⁊
fructuum densitatem. Altis delecta
tur scrobib⁹: pro arboris magnitu
dine. ⁊ interualla maiora desiderat
scilicet. xl vel. l. pedum ad minus.
quia stillicidiis foliorum suorum
proximis vel sui generis: nocebit ar
boribus. Inseritur autē in se in trū
co Februarii mense ⁊ in pruno vt
ait Albertus. Debet aliquando cir
cunfodi. ne caua fiat vicio senectu
tis. Et cānalis lōgus a summo trū
co vsq ad imum: tēpore veris de
bet excudi. vt beneficio solis ⁊ vē
ti durescant que in putredine tran
sibant. Formātur autem vt sex vel
octo aut deceȝ pedibus stipes earū
eleuetur a terra. ibiq diuidatur in
ramos. qui primo sursuȝ. deinde ꝓ
cedente tempore flectentur inferi⁹.
⁊ per magna latera se diffundent.
Si dura nux erit vel nodosa ⁊ stric
ta ⁊ inde nucleum facile auferri nō
possit: cortex circundendus est vt
tandem viciuȝ mali deducat humo
ris. Alii radicū summa precidunt.
Alii terrebrate radici palum de bus
so imprimunt. vel cuprinum clauū
aut ferreuȝ figunt. que probari pos
sunt. sed ea inutilia puto et omni
ratione carere. Colliguntur auteȝ
eas particis excutiendo: cum inter
nucleū ⁊ testā aliqua rubedo appa
ret. aut cū ab exteriorib⁹ corticib⁹
incipiunt posse spoliari. ⁊ i aceruū

congregantur. vt quibusdaꝫ dieb⁹ elapsis : possit a dictis corticibus facile remoueri. Deinde in area duobus vel tribus aut quattuor dieb⁹ secundum ꝙ sol magis vel minus calid⁹ fuerit dimittãtur: vt siccẽt' ⁊ seruabiles fiant. Et si anteq̃ȝ ad solem ponantur: aqua lauentur. pochriores ⁊ magis venales efficiũt'. Et cum siccate fuerint: vtile erit õnes perforatas ⁊ a vermibus occupatas eligere. ⁊ ab aliis segregare: vt statiꝫ rũpant'. ⁊ nucleis siccatis seruentur propter oleum faciendũ. qui diuturnitate temporis remanẽtes in testis : a vermibus toti consumpti fuissent. Reliquas autem electas seruare. Quas ĩ arenas seruãdas obrues. vel foliis suis aridis. vel ĩ archa ex suo ligno facta: icludas. vel cepis miscebis. quod etiã eis acredineꝫ tollit. Marcialis autem expertum se ait. virides nuces putaminibus suis liberatas in melle demergi : ⁊ post annum virides esse. ⁊ ipsum mel sic medicabile fieri: vt ex eo facta potio: arterias curet ⁊ fauces. Ex ligno eius fiunt optĩa scrinea ⁊ valde pulchra ⁊ durabilia: ⁊ cetera similia vasa ad res gubernandas. Et fortes rote ꝑ curribus. ⁊ tenaces. diuq; durabiles. ⁊ in his operibus excedit omnia liguamina: que in nostris inueniũt' partibus. Ex fructu auteꝫ fit oleum cum instrumentis ad hoc paratis. quod est valde pulchrũ ⁊ delectabile: crudum in cibis assumptũ. Ex vna auteꝫ corbe nucum: fit tertia pars nucleorum. ex quibus fiũt .xv. libre olei: si bone fuerint. Nuces quedam sunt virides: quedam sicce. Virides min⁹ sunt calide siccis. Aliquantulum autem humiditatis habent propter maturationem imperfectam. Unde parum sunt sicce. ⁊ parum sunt stomacho nociue. que manducate cum ruta : faciunt contra venenuꝫ. Sicce vero nuces sunt secundum Auicennaꝫ in tertio gradu calide. ⁊ in principio secũdi sicce. Et sunt tripliciter. nam q̃daꝫ sunt vicine tempori quo fuerũt virides. quedã remote. ⁊ quedaꝫ mediocres. Propiq; sunt humide modicum ventositatis habentes. ⁊ q̃nto magis ab eodẽ elõgãtur tẽpore: tanto magis earuꝫ humiditas consumitur. eisq; ventositas dominat' Ideo tũc comeste cito in humores colericos conuertuntur. Quibus itaq; vetustioribus existentibus : ⁊ ventositate ipsis nucibus multo magis dominante: fit earum sapor quasi vetustissimum oleum ⁊ cibi naturam amittunt. Nuces villis stomachi sunt contrarie: quũ inueĩunt stomachum temperatuꝫ. aut tãtam habere frigiditatem : que calori nucuꝫ valet repugnare. Idcirco tali stomacho: fiunt boni nutrimenti boneq; digestionis. Sed caliduꝫ habentibus stomachum: prestãt vſtionem ⁊ in colericos mutantur humores ac fumosos. capitisq; dolorẽ faciunt ⁊ oculorum vertiginem. Sꝫ vt ab eis omne auferatur nocumentum. mundari eas necesse est: ⁊ per noctem vnam in calidam aquã poni: vt partem humiditatis aque acgrant. fiantq; quasi virides. Nuces si ante cibum cum ficubus edãtur: contra rem venenosam corpus defẽdũt. Et si ex eis cathaplasma

fecerimus cū cepis melle ꝛ sale: ꝓficiet morsui canis rabidi. Rursus cathaplasma factum ex eis cum ruta ꝛ melle super apostemata ex colera nigra: ea mire dissoluit. Que etiam cum suis trite corticibus ꝛ super vmbilicum posite: destruunt apostema itrinsecus corpori manēs.

Corticis quoq; vel frondiū sue arboris vnum exagium esui datū cū vino stranguirie optime subuenit. ꝛ si cum aceto potetur. repugnat febris rigorē habentib9. Auicenna dicit ꝙ folia ꝛ cortex nucis: sunt constringentia fluxum sanguinis. ꝛ eius cortex adustus: est desiccatiuus sine mordicatione. Et ei9 medulla masticata: id est nucle9 viridis: ponatur super apostema melancolicum ꝛ vlcerosum ꝛ confert. Item cum melle ꝛ ruta: confert torsioni neruorum. ꝛ facit sodā. Et oleum antiquatū: facit euenire gutturis dolorem. Et emplastrum nucis: cōfert mamille apostemose. Et nutrita cum melle: cōfert stomacho frigido. Et cum ficubus ꝛ ruta: est medicamē ōnibus venenis. Diascorides preterea dicit: ꝙ vmbra nucis est valde mala dormiētib9 sub ea. ꝛ diuersarū egritudinū generatiua. Et suc9 corticis ꝛ radicū eius potatus: subueīt difficultati vrinādi ad quantitatem vnius exagii. ꝛ cum aceto potatus: repugnat febribus venientibus cū frigore ꝛ rigore. crines tigit ꝛ purificat. ꝛ ꝓhibꝫ casum capillorum.

De olea.

Olea est arbor nota. Et eius quidem multe sunt spēs. quas propter similitudinem virtutis earū: monstrare non expedit. Aerem calidum vl' tēperatum requirit. ꝛ in modice frigido viuit. sed valde frigidum sustinere non potest. Terrā desiderat cui glarea sit admixta. aut cretam sabulouis coniunctione resolutā. aut pinguem sabulonem. Aut terrā nature depressioris ꝛ viuide. Cretā autem figuli: omnino repudiat. ꝛ vliginosam. ꝛ in qua semper hūor existit. Et macrū sabulonem. ꝛ nudam glaream. In eis enim quāuis comprehendat: nō conualescit. Et situs quidem terrarum sibi aptus est hoc modo. ꝙ locis estuosis: septentrionali colle. frigidis meridiāo gaudet. Mediis cliuis delectatur. In his eni continue ꝓpter deflexū stillat ad eam humor. quē multū requirit. ꝛ satis retinet' circa radices eius: eo ꝙ locus non est preceps: sꝫ late deuexitatis. neq; imum neq; arduum patitur locum. quia in imo nimia est aquositas. in arduo pauca. Locis calidis et siccis Octobris ꝛ Nouembris. Frigidis vero Februarii ꝛ Martii mense plātāt'. que vel pastinis constituēde sunt. vel suū locum scrobibus tenere debebunt. Seruntur autē aut ex radicatis plātis. aut a stipitib9 euulsis ꝛ ad inferius laceratis. aut ex ramis. pullulat etiam a nucleo sue a murce. sed a plantis ꝛ ramis in terram infixis: melius cōualescit. ꝓpter quod mirat9 fuit Virgilius ramum oliue qui fere siccus videbatur pullulasse: cum in terrā fuerit īfixus. que cum ponuntur in pastio aut scrobibus decisis capitibus et brachiis: ꝛ in truncum redacte vsq;

ad mensuraꝫ cubiti vnius ⁊ palmi in fermento terre fosse defigantur: locum palo antea deprimente. Or dei grana secūdum Paladium sub ter iaciantur. ⁊ āputetur bis quic quid putridi aut arentis inuentuꝫ fuerit. Et tunc capita eorum luto vellātur: ⁊ musco: vinculis quibuscunqꝫ constricta. Sed maximuꝫ beneficiuꝫ est vt proficiat incremēto: si partes rubrica vel aliter notent᷑ quibus opposite steterant. ⁊ contra eas simili ratione ponātur. Quum plantantur i scrobibus. fiant quattuor vel tribus pedib9 late. ⁊ duobus profunde. in quibus vbi lapides desunt: glarea misceatur. ⁊ stercus. Si clausus est locus: modice que ponuntur emineāt supra terram. si vero pecora formidantur: altiores trunci esse debebunt. Si oliuetum instituas: sint a se discrete .xv. pedibus vel. xx. omnis subinde circa eas herba vellatur. ⁊ quotiens se imber infunderit: frequētissimis fossionibus sollicitentur. ⁊ subinde ducta a trunco terra. atqꝫ cōmixta in aliquantulo altiores cumulos cōgeratur. Si autem fermētarius est ager ⁊ pinguis quem cōserimus: olíueta inter se quadragenis pedibus distēt. sed si macer: vicenis quinis. cui ꝑderit: si ordīes in fauoneum dirigantur. Si ꝓuītia in qua plantare desideras: indiget oliuetis. ⁊ non est vnde planta sumatur: seminarium faciendū est. vt ibi rami serra incisi: in moduꝫ sesquipedalem deponantur. inde post quinquennium poterit valida plāta transferri. pleriqꝫ auteꝫ quod facilius ac vtilius ē: radices olearum que in siluis plerumqꝫ sunt aut i locis desertis: in cubitalem mensurā recisas: i seminario si placuerit aut in oliueto disponunt. ⁊ ammixtiōe stercoris adiuuant. quare prouenit vt ex arboris vni9 radicib9: numerosa planta nascatur. Inseritur in se. ⁊ rami quidem in trunco subtili insiti: illico conualescunt. hec isitio fit optime per videmias vt ait Cato. Coluntur autem vt in singulis mensibus que sunt in seminario vel scrobibus nouelle: pastinentur. Quū vero adoleuerint: ter in estate vel bis ad minus fodi eas oporꝫ. ⁊ omnibus herbis circunnascētib9 liberari. In locis aridis aut tepidis mense Octobrīs: allaqueande sunt olee. ita vt eis a superiori pte humor posset induci. omnem sobolē Columela precipit euelli. Paladio autē videtur dimitti paucas sēp ac solidas: ex quib9 vl᷑ in vetustate matris loco derelicta succedat. vl᷑ meli9 nutrita vel aggeste terre beneficio etiā suas habens radices ad oliuetum faciendum sine seminarii cura: transferatur arbuscula. Eodem Octobris mēse locis frigidis ⁊ exilibus: stercorenda sunt oliueta. muscus semper radatur ab eis ⁊ putētur: vt Columela dicit: octo annoruꝫ etate transacta. Paladio autem videtur vnicuiqꝫ āno sicca infructuosa cum aliqua debilitate nascentia: resecari debere cui magis ascensio. Ait etiam Paladius egregie. qꝫ hec arbor amat mediocriter ab humore suspēdi. Scalpi assidue letaminis vbertate pinguescere. ventis clementer feracibus: agitari. Format᷑ vt paucos habeat

stipites. ⁊ parum eleuentur in altū. ⁊ vt per latera quãtum poterit dif
fundatur. Accidit oleis ex vicini
tate aliarum plantarum plurimum
nocumētum: ideo ꝙ ipsa oliua plu
rimo humido indigeat. ⁊ ideo qc
quid iuxta eam plantatur: sibi nu
trimentum subripit. ⁊ ipsam macilē
tam facit. quare oportet plantas ꝓ
pinquas euellere: nec ibi aliquas dimit
tere. Item vult diligenter custodiri
a bestiarum accessu. quarū corrosio
eam plurimū ledit. nec radatur cor
tex eius: quia tunc exsudaret ⁊ effi
ceretur sterilis ⁊ arida. Similiter
nocet sibi plurimum transitus quo
rumcunqꝫ: eo ꝙ conculcata in tran
situ ⁊ indurata nō permittit ad eaȝ
descendere sufficientem humorem.
quia fodienda ⁊ stercoranda est.
Non vult autem hec arbor irrigari
fontibus vl' riuis: eo ꝙ talis aqua
grauis est ⁊ cito fluit a radice deor
sum. sȝ potiꝰ pluuiis gaudet: quia aq̄
vaporosa est: ⁊ statim fumat in ra
dices eius. Si sterilis est olea: gal
lica terrebra perforabis. tunc duos
frugifere arboris ab australi parte
ramos eiusdē magnitudis tolles.
⁊ stricte in foramen vtrunqꝫ coni
cies vel lapidem vel pini vel quer
cꝰ palos. ⁊ absciso eo quod supara
bit: luto paleato curabis occultare.

Si sine fruge luxuriauerit oleas
ter: palum radicibus eius infige.
Et si fructus arbor leta nō affert:
terrebretur gallica terrebra vsqꝫ ad
medullam impresso foramine. cui
oleastri informis talea vehementer
artetur. ⁊ allaqueate arbori amurca
infusa: vl' veꝛꝰ infūdat' vrina. hoc
enim velut coitu steriles arbores v
berantur. Quas tamen durante ma
licia inserere oportebit. Mense no
uembri oliua colligitur cum varia
esse cepit. vel manibꝰ. vel excutiē
do cum particis suauiter: ne ledāt'
ramusculi. Ipsis enim lesis: sequen
ti anno plurimuȝ fructui derogat':
ex qua primum fiet oleum. sed cū
tota nigrescit: melior est. ⁊ illud qđ
spei merito posterauit. fundendi v
bertate compensat. Aristoteles au
tem dicit: ꝙ nūquam perfecte matures
cunt in arbore: etiaȝ si per multos ā
nos ibi essent. sed vt veram ⁊ pfec
tam consequātur maturitatē: opor
tet vt bace collecte de arbore: ꝑ plu
res dies in vna congerie coaceruen
tur. ⁊ sic per compressionem mutu
am confortato calore: ⁊ retento ad
interiora: ad plenaȝ maturitatē du
cerent'. Plinius vero dicit: ꝙ quanto
diu in arbore pmittuntur: tāto me
liores fiunt. semper enim nouas vi
res resumūt. ⁊ debiliꝰ cadūt. Var
ro scribit: ꝙ olea de qua fit oleum
debet congeri. ⁊ conseruari acerua
tī per dies singulos i tabulato: vt ibi
mediocriter fratescat. ac primus q
dem aceruus dimittitur in sex vici
bus ad vasa olearia ac trapetas.
⁊ submittitur mole olearie: que est
ex duro ⁊ aspero lapide. Olea lecta
si diu nimium fuerit in aceruis: cal
dore fratescit. itaqꝫ si nequas matu
re cōficere i aceruis: iactando ven
tilari oportet. Item scribit Catho:
ꝙ oleū ab amurca oportet separari
quamcito potest. Nam oleum quanto
diutius in amurca steterit: tanto de
terius est. Item dicit ꝙ olea pur
ganda est a frondibus ⁊ immundi
cia omni: antequam oleum fiat. Iteȝ

scribit Varro: q amurca est huius virtutis. q si de ipsa nimis ponat in agro: terrã denigrat & sterilem facit: sed modicum ad agriculturam vehementer ptinet. & circa radices arborũ infundi: maxie ad oleam. & vbicunq in agro herba noce. Amplius scribit Catho. vestimenta ne tinee tangant: amurcam decoquito ad dimidiã: ea vnguito fundũ arche & extrinsecus pedes & angulos vbi ea aruerint vestimenta odito. si hoc feceris: tinee non nocebunt. Item ligneam supellectilem si vngues: non putrescit. & si cũ ea terseris: splendidior fiet. Item enea omnia vnguito. sed pri9 extergito bene. postea quũ vti voles extergito splendidior erit. & erugo non erit molesta. Item oleum si in vas nouum inducturus es: amurca ita vti ẽ cruda. pri9 colluto agitatoq diu vt bene conbibat. id si feceris vas oleum non bibet. & oleum meli9 faciet. & ipsum vas firmi9 erit. Oliue quedam sunt siluestres: quedã domestice. Et domestice qdã sunt acerbe virides: quedam mediocres scilicet rubee & varie. quedã nigre & mature. Acerbe virides: nihil vel parũ habent adhuc vnctuositatis: sed aquositatem tantum. & he sunt terrestres & pontice. frigide & sicce. vnde stomachi confortatiue & ventris constipatiue. & ad digerendũ tarde. & corpus q̃si nihil nutriunt. Sed has oliuas quidam preparãt cum sale & aceto. Alii cum aceto tantũ. & he fiunt frigidiores & tenuiores. quare colere acumen extiguũt. & virtutem appetitiuam excitant. maxime si in medio prandii accipiantur. que virtuti digestiue obediẽtes: stomachum valde confortant. & ventrem constringunt. Catho scribit eas optime vsui condi: si sale sint confricate dieb9 quinq. & tũc sale excusso si biduo in sole posite fuerint. manere ydoneas solere easdem: sine sale i vase aliquo districtim condere. Nigre quidem mature calide sunt: & tẽperate humide. quare cibus earum est multum nutribilis & grossus: mollificans stõachum. tard9 ad digerendum & facilis ad egerendum. Et tarditas quidem digestionis: fit propter vnctuositatem facientem cibum natare i ore stomachi. Facilitas vero egestionis est propter vnctuositatem in stomacho lubricãte. Vnde priusq̃ digerat: ex stomacho descendit & non nunq̃ in coleram rubeam conuertitur. Mediocres vero minus nigris & acerbis sunt nociue: propter vnctuositatis sueq ponticitatis paucitatem. Oleũ quod de oliuis fit. aliud ẽ recens: nouiter de olearum fructibus expressũ. Aliud vetus: quod diu de fructibus manauit. Cognoscitur autem laudabile oleum in odore: si est odoriferum. in sapore: si sit saporis optimi. cui9 scilicet ponticitas in lingua sentit. acuminis indigens qualitate. quia quantum ponticitatis habet: tantũ frigiditati & siccitati pertinet. & ob hoc stomachum confortat. Proĩde antiqui similauerunt ipsũ oleo rosato. Illudq i multis passionib9: olei rosati vice dederunt. Oleum quidem recens ex oliuis nigris & maturis: calidum & humidum est. mediocriter stomachi mollitiuũ &

ventris:citoq in coleram rubeam
cõuertit. Qd vero lõge ab oliuis
maturis fuerit: omni carebit mali
cia quoad aliquid retinebit ponti
citatis. sed ablata penitus pontici
tate fit nocibile:citoq in malos hu
mores cõuertibile. Qz si multo ma
gis iueteraverit: vt saporis fiat as
perioris ac horribilioris:icõueniẽs
erit esui. tamẽ medicie vtile. Var
ro scribit cellaz oleaream ad ptem
calidam:habere debere fenestras. sz
vini ad frigidam.

De piro.

Jrus est arbor nota: et e
ius quidem diuersitates
infinite sunt: et in quali
bet ciuitate diuersa inueniuntur pi
ra. Ideoq infinitate et etiam inuti
litate omissa. hoc solum hic dice
re sufficiat: q̃ q̃dã maturant men
se Junii. q̃dã Julii. quedã Augus
ti. quedaz Septembris. quedã Oc
tobris. et quedam tunc collecta et
seruata: sequenti tantuz maturant
estate. vt pira ragina. et quedã sunt
parua. quedam grossa. quedaz me
diocria. et quedam sunt in corpore
crocea. quedam viridia. quedã ru
bea. et quedaz eduntur non mitia.
quedam et si non sunt mitia: edi nõ
possunt. et quedam habent durum
corticem et grossum. quedam leuez
et subtilem. et quedam sunt interi9
lapidosa: et quedam non. et quedã
sunt valde dulcia. quedã acetosa.
quedã stiptica siue pontica. quedã
isipida. et q̃daz sunt valde odorife
ra: q̃dã parũ vl' nihil. Hec arbor
omnem celi statum patitur. nam in
calido frigido et temperato aere sa
tis congrue conualescit: et fructum
profert. In macra et pingui potest
terra plantari. Veruz in macro ari
do et cretoso solo: poma minora et
duriora erunt. et ipse arbores pue
et quasi vetustate cõsumpte: et maxi
me vbi salsedo ẽ vel amaritudo ter
re ad ipsarum radices. In leto aũt
pingui et dulci solo: validas arbo
res et fructus nobiles et plurimos c
sequemur. et maxime si tale solum ĩ
lateribus montium: vel in palmis
prope montes fuerit. in quo piroz
arbores sunt plantate. non enim in
talib9 locis degenerabit hec arbor.
nec ĩ se aut ĩ fructibus: de facili pa
cietur defectũ. In locis autez a mõ
tibus multum remotis nimium hu
midis et aquosis: erũt arbores mag
ne et frondose. Fructusq ipsarum
turgentes et virides: aut viuo calo
re carentes. et eorum odor et sapor:
quodammodo ĩsipidus et obtus9.
Plantari possunt rami pirorum:
vt de oliuis dicitur et eodez modo.
et non perfecte fructificant. Item
plantantur pira. et nasci quidez ne
cesse ẽ originẽ suaz repetẽte natura.
sed quandoq tardus est euentus.
sed est hoc expectare homini lõgin
quũ. et nõ domestica: sed siluestria
nascerentur. Melius ergo est vt
priorum plantas radicatas feram9
agrestium. vt quũ comprehenderit
inserantur. Spatia vero inter ipas
arbores vt optime conualescant:
.xxx. pedum esse debebunt. In a
ridis et siccis locis mense Octobris
et Nouembris. frigidis Februario
et Martio. tẽperatis vero vtroq tẽ
pore congrue pirus plãtatur. In
seritur conuenienter in piro agresti
vel domestico et in melo. in quib9

optime prouenit. Item in spina al
ba ⁊ coctano: sz in his ad debitum
augmentum peruenire non potest.
Itē in qbusdā aliis arboribus insi
ta comprehendit: sed inutiliter. ⁊ i
deo hoc obmitto. potest autem hec
inseri arbor sub terra. vel supra eā.
iuxta terram. vel in altum. secun
dū distinctionez traditam i libro se
cundo quum in cōmuni de insitio
nibus locutus fui. fit eius insitio
sub cortice ⁊ in trunco scisso. Itez
in amedani vel salicis partica perfo
rata ⁊ sub terra sepulta. Item p illū
modum qui emplastratio nomina
tur. Itē p illū q dicit' ad buccelluz.
horuz aūt mōrū doctrinā sufficere i
libro .ii. ostēdi. Assidua gaudet
fossione. ac letaminis vbertate pin
guescere. format' autē vt vnū solū
habeat stipitem. qui vsq3 ad octo
vel decem pedes aut plures: eriga
tur a terra: ibiq3 ramorū diuisio ꝓ
curetur. Accidunt piris multa no
cumenta. que cuz eorum curis: nōi
nata sunt in huius libri principio
cum sermonem feci de arboribus i
cōmuni. Et colliguntur sine peri
culo: si rami debiles altiores: cōgru
is funibus cum fortioribus alligē
tur. Inferiores vero cum scalis ⁊
scalionibus exonerentur. hec enim
arbor valde fragiles ramos habet:
⁊ casui colligētis expositos. ⁊ max
ime quū ad etatem decrepitaz inci
pit declinare. Pira colligunt' di
uersis temporibus secunduz diuer
sitatem maturationis ipsorum. vt
tamen estiua tunc legantur: quū o
dore ⁊ colore sibi proprio: maturi
tatem protendūt. que si duob9 aut
tribus diebus ante legantur: vide
licet apparētibus primis maturita
tis indiciis: pluribus seruabuntur
diebus ad vsum q̄z si sint vltima
maturitate collecta. Que vero in
fine maturantur autumni: per hye
mem seruatura. Octobri mense legā
tur: sicco tempore in lune descensu.

Seruantur pira si a caducis dili
genter electa integra ⁊ prope dura
⁊ aliquāto viridia: obruta intra pa
leas vel frumenta ponantur. in lo
co tamen obscuro ⁊ sicco. Alii cū
tenacibus suis statiz lecta: picatis
vrceis condiderunt. ⁊ oribus vas
culoruz gypso clausis aut pice: ip
sa sub diuo obruta sabulone texe
runt. Alii pira que se non contin
gerēt: in melle seruarunt. Itez pira
diuisa ⁊ granis purgata: in sole sic
cantur: ⁊ in frigida aqua salsa māe
re permittuntur. postea in aqua pu
ra biduo macerentur. vel in sappa
vel passo: ⁊ vsui reseruantur. Vi
num fit de piris: si concussa ⁊ sacco
rarissimo condita: ponderib9 com
primantur vel prelo hoc. in hyeme
durat: sz prima accrescit estate. A
cetuz de piris sic fit. pira siluestria
vel asperi generis: in cumulo seruā
tur matura per triduuz. deinde mit
tuntur in vasculum cui fontana vl'
pluuialis aqua miscetur. ⁊ opertuz
vas per. xxx. relinquitur dies. ac
subinde quantum sublatum fuerit
ad vsum aceti: tantum aque ad re
parationez addatur. Liquamen
de piris sic fiet. Pira maturissima
cuz sale calcantur: vbi carnes eorū
fuerint resolute. vel in cupellis vel
in vasis fictilibus picatisq3 clau
duntur. post mensem tertium suspē
se he carnes: liquorem dimittunt.

saporis iocũdi: ⁊ coloris albiduli. Ex ligno piri: pulchre assides seu tabule fiunt que optime leuigantᷣ. ex quibus multa opera congrue fiunt. Pira quedã siluestria: quedã domestica sunt. Siluestria: frigidiora duriora et sicciora et magis pontica sunt domesticis. Rursꝰ pira quedaꝫ sunt acerba pontica: ⁊ quedam matura dulcia. Acerba põtica q̃si omnia sunt de natura siluestriũ. ⁊ stomachum confortant. ventrẽq͡ꝫ constipant. ⁊ sunt frigida ⁊ sicca. medicine: non nutrimento conuenientia. Ideoq͡ꝫ oportet ingeniari: vt molescant. ⁊ asperitatem amittant. vt videlicet elixentur. aut super calide aque fumum suspẽdantur. aut operta pasta: assentur. aut cum melle condiantur. Platearius dicit: ꝙ pira siue cocta siue cruda sint: ventrem constipant. ⁊ si cocta sunt in aqua pluuiali: ⁊ posita super os stomachi: compescunt vomituꝫ ex colera. ⁊ super pectinem: fluxũ sanguinis constringunt. Pira dulcia matura: temperate complexionis sunt: q͡a minꝰ ceteris frigida sunt. quapropter calefaciunt: ⁊ augẽt digestionem. valentq͡ꝫ in his quoruꝫ stõachi frigidi sunt ⁊ sicci. Habent autem pira proprietatem. ꝙ si cum fungis coquantur: omnem auferũt lesioneꝫ. precipue si siluestria sunt. propter ponticitatem suam. Cinis arboris piri agrestis: bibitus ĩ his qui fungorum sunt cõmestione suffocati: multuꝫ valet. Frondes pirorum ⁊ rami: stiptica sunt solũmodo. sed pirorum stipticitas: cum aquosa dulcedine mixta est. Auicẽna dicit ꝙ pira siluestria exsiccata consolidant vulnera.

De pruno.

Prunus est arbor nota. ⁊ eius quideꝫ diuersitates sunt: q͡a quedam est domestica. ⁊ q̃daꝫ siluestris. Domestice quedaꝫ faciunt pruna alba. quedam nigra. quedam rubea. Aereꝫ desiderat tepidum principaliter. ⁊ frigidum satis cõmode sustiere potest. loco gaudet leto ⁊ humido. similiter lapidosis ⁊ glareosis iuuatur locis. letamen recusant: quia ex hoc fructus vermiculosos ⁊ caducos faciunt. Seruntur ossibus suis autumno: mẽse Nouembri: solo putri ⁊ subacto. duabus palmis vel minus obruãtur ossa. eadem ponãtur ⁊ Februarii. sed tunc sunt per triduum lixiuio maceranda: vt cito gemmare cogantur. cui rei ꝓderit: si ĩ seminario nutriãtur. vt postmodũ elapso biennio: transferãtᷣ. Ponantur eisdem mensibus ⁊ plãtis quas sumemus ex radicibꝰ aut codice matris. radicibꝰ quũ ponũtur fimo oblitis. hec arbor nõ multum profundas querit scrobes: q͡a non multum in profundo radices figit. nec multum magna spatia: q͡a seinuicem parum impediunt. Inseritur in se. in persico. ⁊ amigdalo. sed eam degenerem reddit ⁊ paruã. ⁊ in se recipit amigdalum. ⁊ maluꝫ secunduꝫ quosdam. ⁊ muniacum. Extremo Martio fit eius insitio. vel mense Januarii. ãteq͡ꝫ gumma eius incipiat lacrimare. Sꝫ ego etiam mense Februarii expertus sum sepe optime ꝓuenire. Iuuatur frequenti humore. ⁊ assidua fossione extirpande sunt a radice soboles.

exceptis rectioribus . qui seruabũtur ad plãtas. Formatᷓ aũt vt vnũ solum habeat stipitem non multuꝫ eleuatum a terra. Si languida est arbor pruni : amurca cum aqua equaliter temperata: radicibus eius debet infundi. vel cineres ex furno ⁊ maxime sarmentorum. Si poma decurrant: oleastri opirum terrebrate infige radici. Si vermes aut formicas patitur : curetur vt supra de arborib⁹ in cõmuni. Pruna siccãtur in sole scissa in tribus vel quattuor partibus circa ossa. alii in aq̃ marina vel in aqua feruente: recenter lecta pruna demergũt. ⁊ inde sublata : in furno faciũt aut sole siccari. Ex prunis fiũt optime sepes ⁊ vtiles: quia sua spissa pullulatiõe spissas eas ⁊ fortes faciunt. ⁊ fructum abundanter prebent . ⁊ quũ duobus vel tribus aut quattuor ãnis elapsis: inciduntur: quibusdã rarioꝛib⁹ derelictis. multos ꝑparãt vinearum palos. ⁊ igni satisfaciũt abundanter . Sed vt diuersarum prunorum sufficiens habeatur pro sepibus faciendis copia: nihil erit vtilius: q̃ tempore maturitatis earum: pueros ad foruꝫ ⁊ ad plateas mittere vbi vẽdũtur. ⁊ a personis vilib⁹ cõmedũtᷓ: q̃ õnia ossa cuiuslibꝫ generis iuẽta colligũt. ⁊ hec siccata: supradictis tẽpoꝛib⁹ plantanda seruantur. Ex quib⁹ quattuor vel vsq; ad sex simul: in seminario poni possunt: vt cũ conualuerint: ad faxinas sepium transferãtur ⁊ sulcos. Pruna parum nutriunt. ⁊ alba quidem dura sunt : ad digerendum stomacho nociua. sꝫ exiguum solutiua. Ideoq; quũ sint grossa: non debent comedi nisi grandia ⁊ perfecte in arbore maturata. Et pruna nigra. quedam sunt domestica. q̃dam agrestia. Rursus domestica: quedam sunt nigra perfecte maturata ⁊ dulcia. quedaꝫ cruda siue acerba dura viridia ⁊ pontica. ⁊ q̃daꝫ rubea: scilicet media inter ea. Nigra perfecte matura ⁊ dulcia min⁹ sunt frigida: ⁊ magis humida . naꝫ eius frigiditas est in inicio primi gradus. humiditas vero in fie. Platearius tamen dicit: ꝙ sunt frigida ⁊ humida in secundo gradu. ⁊ Auicenna dicit: ꝙ sunt frigida ĩ principio secundi. ⁊ humida ĩ fine tertii. stomachuꝫ humectat. vẽtreꝫ mollit: ⁊ coleram rubeam soluit ⁊ proicit. tamẽ si eis nimiũ vtamur : stomacho nocent. Cruda vero dura viridia ⁊ pontica: pessima sunt. in medicina ⁊ cibo. Durum eñi: stomacho valde nociuum est. ⁊ minĩe nutrit atq; fatigat. Ruffa vero: magis sunt frigida . ⁊ min⁹ humida.

Agrestia: nimis stiptica sunt. ideoq; valent ad dyarriam ⁊ dissinteriam. ⁊ quidaꝫ ea matura colligũt. scindunt per medium. ad solem siccant. aceto aspergũt. ⁊ in vase reponunt. ⁊ hec magis q̃ sicca: virtuteꝫ infrigidãdi habent: ⁊ intestina leniendi. Unde valent in acutis febrib⁹ ⁊ acutis egritudinibus. ⁊ ad vẽtris constipationem: ex humore colerico. Et si sunt viridia: dentur ad edenduꝫ. si sicca: coquantur in aq̃. ⁊ pruna comedantur: ⁊ aqua bibatur. Auicẽna dicit: ꝙ gumma ei⁹ est subtiliatiua ⁊ incisiua ⁊ glutinatiua. ⁊ consolidat vlcera. ⁊ quũ ex foliis prunorũ collitur os: ꝓhibet

fluxum fieri ad vtranq; amigdalã ⁊ vuã. ⁊ gumma ẽ bona ꝓ scripto rib9. vt dicit Ysidor9.

De persico.

Persic9 est arbor nota. cito tamen crescit. ⁊ paruo tẽpore viuit. Locis quibuscunq; proueniunt. sed pomis ⁊ frondib9 et durabilitate precipua sunt. si celum calidu;: solum arenosum ⁊ humidum sortiantur. Frigidis vero ⁊ maxime ventosis: itereunt: nisi aliquo defẽdant' obiectu.

Mense Nouembris in locis calidis. ceteris vero Januarii: persici ossa in pastinatis areis sunt ponenda binis vel vno a se pedibus separata. ⁊ quũ ibidem plante excreuerint: transferantur. et non amplius q̃ȝ duobus palmis vel tribus: secũdum Paladium obruantur. Du; tenera sunt germina: herbis p̃sepe circunfossa liberentur. plantam bimã recte transferimus breui scrobe. nec a se longe statuende sunt: vt inuicẽ a se calorẽ solis excutiant. Januario vel Februario: locis frigidis. Nouembri: calidis: p̃sicus inserit' maxime circa terrã. surculis plenioribus ⁊ prope arborem seu stipitem natis. nam cacumina: vel non tenebunt: vel diu durare non poterũt.

Inseritur ĩ se. in amigdalo. ⁊ pruno Aprili mense vel Maio locis calidis. In Ytalia vero Maio existente vel Junio: persicus inoculari potest: quod ẽplastrari dicitur: preciso desup trunco. ⁊ emplastratis plurimis gemmis: eo more quo dictum est. Ego autẽ inueni isitionem ĩ pruno factam mense Februarii: optime conualere. Oblaqueande per autumnu;. ⁊ suis foliis stercorande. Item putãde sunt: vt putria et arida tantum virgulta tollantur. nam si aliquod viride resecemus arescunt: vt Paladius ait. sed apud nos experientia contradicit. immo si rami virides loco icongruo nati tolliũtur: pulchrior ⁊ melior efficitur arbor. sed forsan ĩ sua regione: loca erant nimis arida.

Hec arbor ardore solis arescit. ⁊ ideo tumuletur aggestione frequenti. vespertino iuuetur humore. ⁊ obiectis defẽdatur vmbraculis. vt idem Paladius dicit. Sed itelligo in locis nimiũ calidis ⁊ siccis. quia in nostris partibus temperatis: non eget. Vnum solum stipitem habere debet: a terra modicu; eleuatum. Languenti arbori veteris feces vini aque mixtas: oportet infundi. Cõtra pruinas: stercus ingeratur persico. vel vt modo diximus: feces vini cum aqua permixte. vel quod magis prodest: aqua ĩ qua faba decocta est. vt idem Paladius scribit. Si vermes patitur. cinis amurce mixt9: eos extinguet. vel bouis vrina cũ aceti tertia perte cõfusa. Si poma caduca fiũt: radici eius nudate vel trunco: lentisci vel terebinti cuneus vt ait. Paladius affigatur. vel terrebrate in medio palus salicis imprimat'. Si põa rugosa creabit: aut putria: circa ymum trũcũ cortex recidatur. ⁊ quũ inde modicus humor effluxerit: argilla vel paleato luto plaga tegatur: Contra vicia persici. fertur ꝓficere: sparcea ad ramos suspẽsa.

Persica seruãt': si detractis ossib9 melle condiuntur. ⁊ saporis fiunt

iocūdi. Itē seruari dicuntur: si vm bilicu3 eius: gutta picis calētis cō pleueris. ⁊ in vase clauso repōas.

Persica frigida ⁊ humida sunt i secundogradu. flegma generant. ieiuno stomacho sunt edenda. et post: vinum vetus odoriferum est potandum. Persica diuidūtur in duo. Quedam enī sunt grossa mol lia. ⁊ hec sunt magis aquosa: scilic3 frigida ⁊ humida. Et queda3 sunt parua solida ⁊ dura. ⁊ hec sunt ma gis terrestria: scilic3 magis frigida ⁊ quodammodo sicca. ⁊ maxime si non fuerint perfecte in arbore matu rata. aut fuerint omnino acerba et cruda. Frondium eius sucus pota tus: lumbricos cucurbitinos eicit. idem facit: si ex eo cathaplasma fe ceris vmbilico. Et secundum Aui cennam. sucus foliorum eius in au rem imissus: vermes iterficit. Ma tura: sunt bona stomacho. ⁊ ī eis ē virtus faciendi appetitu3 cibi. Et oportet quide3: vt non comedant post alium cibum. quoniam corrū puntur post eum: ⁊ corrumpunt ip sum. sed precedant ante cibum. Et sicca: sunt tarde digestionis. ⁊ non boni nutrimenti. quamuis sint mul ti nutrimenti. Et matura leniūt vē trem. ⁊ immatura: stringunt.

De palma.

Palma est arbor ferēs dac tilos. aerem desiderat ca lidum aut temperatum. nam in climate calido: ante hyemē maturat fructu3. sed in frigido: qđ est quintum vel sextum clima: non maturat nisi post hyemem ad prin cipiu3 veris: aut estatis anni seqn tis. Sed circa septimum: pullulat. sed propter frigus: nō cōualescit. Sed est verius dicere: ꝙ nec in sex to climate viuat. ⁊ in quinto diffi cile. Terram solutam ⁊ sabulosa3 requirit. nam constat locum nullis proprie fructibus vtilē: in quo pal me nascuntur. Seritur plantis A prili mense vel Maio. ita tamen ꝙ quādo planta ponitur: circa ea3 vel sub ea terra pinguis fundat. Item seritur mense Octobris semie siue ossibus dactilorum. non vete rum: sed recentium ⁊ pinguium. in cuius seminario: terre cinis miscen dus est. Notandu3 est tamen: ꝙ ex vno nucleo vix vnq̄ palma cres cens cōualescit. sed potius ex mul tis simul positis. Et hoc ideo est: quia plātula que ex vno oritur: a deo debilis est: ꝙ truncum qui ar borem portare posset: facere nō po test. Multe aute3 plante simul ex orte: ⁊ propter compressionem sibi inuicem continuate: perficiunt illiꝰ arboris truncum. Adhuc cū nuclei ⁊ semina aliarum plantarum habe ant virtutem pullulatiuam: quedā in summo quedam in imo: quedā in circuitu: ⁊ q̄dā in medio. nucleꝰ palme q ē os dactili: hab3 q̄si a dor so suo. ⁊ ibi est foramen strictum ⁊ aliquantulum lōgu3: per quod ger men suu3 egreditur. Quare optima plantatio eiꝰ est. ꝙ hec ossa in sac culo lineo i sabulo ponantur. ⁊ q̄n tum fieri potest: foramen vnius: fo ramini alterius applicetur. vt plan tula vnius fortiter penetret plantā alterius. ⁊ tunc vires multarum ꝯ iuncte: perfectiore3 facient arborē. Palma enim vnius virtutis: nō ꝑ ficit. tamen propter sexum: qui in

i ea ē distinctio q̄ꝫ ĩ aliis plantis. tum etiā propter ligni debilitatem. Iterū palma masculꝰ nūq̄ꝫ facit ali quē fructū. sꝫ plātatꝰ masculꝰ ꝓpe feminā: īclinat se ad eā. ita ꝙ tāgūt se rami maris ꝛ femīe. ꝛ comprimit bifurcatio ramorūꝫ femine: ramos maris. ꝛ tūc pfecte palme recedunt a seinuicēꝫ. ꝛ tunc femina cōcipit: non substantiam aliquam emissaꝫ a masculo: sed virtutem ipsius. Si militer autem hoc ostendunt opera rusticorūꝫ. quoniam quū longe ab inuicē sunt plantata masculus ꝛ fe mina: abstrahunt ramos masculi: ꝛ ponunt super feminaꝫ. ꝛ illa ĩ suis furcis: comprimit eas ꝛ concipit ex eis. Quū autem stat femina fructu onusta: per ventum qui spiritum ꝛ humorem masculi ducit super fruc tus femine: maturant̄ fructus. Nō autē est arbitrandum: ꝙ ista ipreg natione ꝛ maturatione femina in digeat: quando ex pluribus semi nibus planta conualescit. quia tūc plures masculos in virtute ꝛ substā tia in se habꝫ. Annua vel bima de bet transferri: mense Junio ꝛ Julio inchoante. circunfodiatur assidue: vt irrigatione: cōtinuos estatis vi cat ardores. aquis aliquatenus sal sis palme iuuantur. Si egra est ar bor. feces vini veteris oblaqueate oportet infundi. vel radicum sup uacua capilamēta decidi. vel cune um salicis interfossis radicibus p̄ mi. Hec arbor difficile crescit. ꝛ lōgissimo tēpore viuit. ꝛ añ centūꝫ annos ficus non facit vt dicit Pli nius. Et est sciendum: ꝙ fructus dactilorūꝫ non per coltilidones de pendꝫ a ramis eiꝰ. sed potiꝰ habēs sedes quasdam: in quibus imme diate super ramos consistunt. Et quod mirabile est: in vna siliqua profert fructus suos: ꝛ ramulos in quibus fructus sui consistunt. q̄ si liqua non in superiorī parte aperit̄ sicut fit in siliqua rose ꝛ liliū ꝛ alio rum multorum florum: sed aperiū tur ĩferiꝰ ex parte rami. ꝛ cadunt postq̄ꝫ exiuerūt dactili ꝛ rami super quos sunt. eo mō quo aperit̄ siliq̄ papaueris ꝛ porri. In supremo aūt cacumine: habet hec arbor capsam. in qua est substantia mollis: q̄ mul tūꝫ accidit ad substantiam dactili. que quū absciditur: palma arescit. Dactili calidi ꝛ hūidi sunt in secū do gradu. grossi sanguinis genera tiui. ꝛ difficiles digestioni. ficubꝰ tamen siccis: sunt digestibiliores: ꝛ magis vrinam prouocantes. sed il lis assuetantes: epatis ꝛ splenis cō stipationeꝫ duriciem atq̄ꝫ grossiciē ꝛ tumorem patiuntur. gigiuis ꝛ dē tibus sunt nociui. ꝛ dolorem in ore stomachi faciunt.

De pino.

Pinus est arbor nota que creditur prodesse omni bus que sub ea sunt. A mat locūꝫ gracilem sepe maritimū. inter montes ꝛ saxa vastior ꝛ ꝓce rior inuenitur. Ventosis ꝛ hūidis locis: arborum fiunt incrementa le tiora. sed huic generi deputabis ea spatia vel montes: que alteri vtilia esse non possunt. Exarabis auteꝫ ea loca diligenter atq̄ꝫ purgabis. atq̄ꝫ frumenti more semen aspergas ac leui sarculo curabis operire: nec plus q̄ꝫ palmo debet abscindi. ꝛ nata non transferitur: quia non

facile comprehēdūt: et vix crescūt. nec aliquo tempore incidantur: qa moriūt. et loco rami seu radicis ici se: alie non nascuntur. Seritur igitur nucleis suis aqua p triduū maceratis. calidis et siccis regionibus mēse Octobris vel Novembris. frigidis vero et humectis: Februario et Martio. Aliqui dicunt fructuz pineum trāslatiōe mitescere. sed illi plātas hoc mō procurāt: vt prius multa semia in caliculis terra et fimo repletis: obruunt q̄ ibi processerit. relicto eo qd solidius ē: auferunt alia. vbi iustū ceperit icremētū: trimā plātā cū ipis caliculis trāsferūt. qbus fractis i scrobe idulgēt radicibus largitatez terre. cū eq fimus admiscēt. Seruādū ē aūt. vt radix eius q̄ vna ē et directa vsq ad summitatē eius possit itegra et illesa trāsferri. Defēdēda ē arbor tenera: a pecore. solū ne calcet' iualida. putatio pini nouellas arbores tātum promouet: vt spata icremēta duplicēt'. Itē fert' q sub eius cortice nascunt' facile vermes q lignū corrodūt et destruūt. et ideo lōgiori tēpe durat: si sepe corticibus spoliet'. Nuces pinee vsq ad mēsez Nouēbris i arbore ēē possunt. Maturiores pinee legēt'. prius tū q̄ patescāt nuclei. q nisi purgati durare nō possūt. tū aliq i vasis fictilibus nouis et terra repletis: cū testis suis asserūt custodiri. Pinea calida et hūida est in. ii. gradu. Et scdm Auicennā ē calida et hūida in. iii. gradu. Optimus cibus ē laborantibus i spumalibus et apposteate ex frigido hūore. asmaticis: et sicce tussiētibus. Ethicis et cōsumptis: sāguinē augmētat. libidinē icitat. per se pōt dari. vel cū syrupo. vel cuz electuario. vel in cibis. Cōtra tussiz valz cortex exterior: cū prio pinea ab arbore sumit'. si decoq̄t' bn̄ in aq̄. et postea sup carbōes pōat': vt patiēs fumū recipiat.

De pipere.

Piperis arbor pua ē et nascit' et optime fructificat: sub cācro. et i prio climate: vbi ē multa adustio solis. et pcipue in mōte caucaso. vt dicit Ysidorus. Dicit etiaz q eius siluas serpētes custodiūt. sz icole illius regionis tēpore maturitatis siluas icēdūt. et serpētes fugiunt. et ideo grana piperis que naturaliter alba erāt: efficiūtur nigra et rugosa. Sz diascorides dicit: q sarraseni collectū ponūt in clibāo. vt virtus generatia auferat' et non possit in aliis ptibus mūdi seri. In locis etiā tēperatis nascit'. sz in eis fructū nō facit. et ideo apud nos ipsius plantatio et idustria: nullius existit vtilitatis. Piper calidū et siccū ē i. iiii. gradu. virtutē hz dissoluendi et cōsumēdi. puluis eius naribus appositus: sternutationē prouocat et cerebrum a supfluitate fleumatica mūdificat. Vinuz decoctionis eius et ficuum siccarū. spumalia mūdificat a glutioso humore. et miro mō valet cōtra asma frigidum. Puluis etiā eius cū ficubus datus digestionē cōfortat. sanguineis et colericis nō ē vtilis vsus pipis. Dissoluit eni et quādoq iducit lepra. Itē puluis eius sup carnē positus: eā corrodit. Auicēna dicit q cum melle positus i palato: ē couenies ad squināciā. et pulmonē mūdificat. Cū aceto bibitū et linitū: ē bonuz aposte

matib⁹ spleñs. Itē ꝓuocat vrinā. ⁊ eicit fetū ⁊ post coitū corrūpit fetum cū fortitudīe.

De quercu Rouere ⁊ Cerro

Uerc⁹ Rouer ⁊ Cerr⁹: sunt arbores magne. que sunt fere eiusdem nature. multamq; similitudinem habent in soliditate ⁊ duricie lignorum: ⁊ forme foliorū ⁊ fruct⁹. Nā ōnes ꝓducūt glādes. omnesq; ꝓfūdas multas ⁊ magnas radices faciūt. sȝ in arboris forma differūt. Nā q̄rc⁹ breuem facit stipitē. ⁊ ramos magnos ab ōni pte diffusos. Rouer stipitē facit directū ⁊ altū. cū paucioribus ramis. Cerr⁹ vero stipitē facit lōgissimū ⁊ valde rectū: ⁊ paucos rāos. Hę arbores terrā solidā aut mediocrē querūt: ⁊ mōtuosā vl' mōtib⁹ ꝓximā. Resolutā vero ⁊ aquosaȝ ⁊ precipue sabulosaȝ: fugiūt. Serūt' glādib⁹ suis in seminario vl' i capis vl' ripis fossatoꝝ positis: mēse Januarii ⁊ Februarii. vl' etiā mēse Nouēbris. Colligūt' etiā glādes tēpore q° mature ab arbore cadunt. ⁊ ad solē siccate: seruāt' ꝓ cibo porcorum. quib⁹ ē valde cōueniens cib⁹. Omnes p̄dicte arbores laboreriis sub terra diu durabiles: cōpetūt. supra terram non Rouer ē optia. cetere min⁹ bōe. Glādes frigide sunt i. i. gradu. sicce i. ii. nō vtimur eis i cibis hōinū: sȝ porcoꝝ. qa sunt digestiōi iobediētes. ⁊ ventriū cōstipatiue. ⁊ ideo valēt dissinterie vlcerib⁹ itestiorūȝ ⁊ fluxui sāguinis. sȝ tn̄ vrinā ꝓuocant. ⁊ corporis sunt nutritiue: q̄si q̄dā grana. tardeq; de stōacho descēdūt. ⁊ capitis dolorē faciūt: ꝓpter fumū eaꝝ ex stomacho ascēdētē. Sȝ ei⁹ supficies: multū ē stiptica. ⁊ similiter ipsarū arborū galle. vnde valent ad sanguinis fluxū mulieꝝ: Item apozima eorū. conuenit itestioꝝ vulneribus. Puluis etiā eorū obustoꝝ i loco mulieris imissus: hūores putridos fluētes desiccat. Auicenna dicit ꝙ folia eaꝝ sunt vehementis stipticitatis. ⁊ fruct⁹ quidē glādis cōfert i pricipio appostēatib⁹ calidis. Folia preterea glādis: faciūt coherere plagas. quū terūt' ⁊ puluerizantur desup. Et galle iparū: liniuntur cū aceto super ipetiginem. ⁊ auferūt eā. Et puluis earū spgitur super aquā: ⁊ bibit' ad vulnera intestinoꝝ. ⁊ ad fluxū ātiquū. ⁊ similiter quādo pōit' i medicinis: cōueniens est ad hanc operationem.

De sorbo

Orb⁹ est arbor nota. Cui⁹ fructus duplex est videlicȝ pu⁹ rotūd⁹. ⁊ hic ex femina ꝓducit'. Uel maior parū lōg⁹ ⁊ acutus. qui ex mascula ꝓcreatur. Amat loca hūida: ⁊ frigidis proxima. ⁊ i montib⁹ vel locis proximis mōtib⁹: magis q̄ȝ i vallib⁹ remotis a mōtibus: delectatur. Solum piguissimū desiderat. cuius indiciū certissimum facit: si frequens vbicūq; nascat'. mēse Januario ⁊ Februario ⁊ Martio: locis frigidis. Calidis vero Octobris ⁊ Nouembris sorba serūt' egregie. ita vt matura in seminario ipsa poma pāgāt'. Plātas etiā siqs ponere voluerit habebit arbitrium: dūmodo locis calidis mēse Nouembri. Tēperatis Januarii ⁊ Februarii. frigidis Martio iclināte dispōat. Plan

ta est transferenda: robustior. scrobem desiderat altiorem: et spatia largiora: ut qđ illi maxime prodest: a ventis requentibus agitata grandescat. Mense Aprili vel ultimo Martii sorbi inserũtur in citonio. in spina alba: liceat ĩ ea parua proueniat sub cortice et in trunco. vł ut puto etiam in malis competenter ĩseri potest. Gaudet irrigatione tẽporibus siccis et assidua fossione. Formanda est ut unum solum habeat stipitem: circa decem pedes vł xii. eleuatum a terra. Si uermes patiat̃ ĩfestos: q ĩ ea rufi et pilosi solẽt ĩ intia medulle siccare: aliquos ex his absq; arboris iniuria: incendio vicio cremari debere Paladiꝰ ait quo igne alii creduntur fugere vel perire. Sorba seruant̃ hoc modo. lecta duriora et posita ubi mitescere ceperint: fictilibus usq; ad plenum claudit̃ urceolis: gipso desup tectis et bipedãia scrobe loco sicco sub sole merguntur: ore peruerso. et desuper spissius terra calcat̃. Item secta per tres partes: siccantur in sole et seruantur. vel per medium diuisa: siccãtur. Quũ volueris uti aq̃ feruenti macerata. reuiuiscunt sapore iocundo. Aliqui cum pediculis suis viridia lecta: suspendunt locis opacis et siccis. Ex sorbis maturis fit vinum sicut ex piris. Lignum sorbi est solidum non corrigineum: sed facile frangibile. quare optime leuigatur. Ideoq; valde conueniẽs est operibus vasorum scrineorum et assidum. que superficiem tersam et politaꝫ requirunt. Rubeum tamen habet lignum. Sorba frigida ẽ et sicca: ventrisq; constipatiua. etiam si sit perfecte matura.

De zezulo.

Ezulus est quedaꝫ arbor parua: multuꝫ scabrosa. Cuius folia q̃si in vno ramulo sunt cõiuncta. simulq; tempore hyemis ab arbore cadũt. Eiꝰ fructus similis est bacis rosarũ vel fructuum oliuarum. vnum tantuꝫ habet os. Eiusq; lignum est interiꝰ rubeum. valde pulchrum et solidũ. Ideo fiunt ex eo musica instrumẽta. et precipue cythare. que fiũt ex eo optime. Aerem desiderat temperatuꝫ. nec frigus formidat. Et ĩ terra pingui et soluta letatur. Serit̃ nucleis suis in semiario mense Nouembris aut Februario satis et diligenter nutritis. que quũ conualuerint: biẽnio vel triennio transferũtur. Seritur etiam plantis: super radicibus matris natis. Inseri eam posse puto: in spina alba. et forsan in pruno mẽse Februarii et Martii scisso ligno. et formatur ut vnuꝫ solũ habeat stipiteꝫ: per sex pedes vł circa eleuatum a terra. Colligunt̃ autem zezula: vindemiarum tempore. quando rubedinem vel varietatem ostendunt. q̃ quideꝫ satis sunt delectabilia ad edendum. modicuꝫ tamen durant.

De zampro.

Ampꝛus est arbuscula pua satis nota. Que aerem calidum aut temperatum desiderat. et terram arenosaꝫ solutam et fere sterilem. et maxie oritur et fructificat in litore maris. aut in montibus quasi sterilibus. in q bus est terra soluta: que lima vocat̃. In locis valde aquosis et vallibꝰ

nō viuit. qa nimia hūiditate corrū pit᷑. ⁊ nutrimēto sicco ⁊ humido su stentatur. Huius arbuscule due sunt species. videlicet mascula que in altum erigitur: ⁊ valde modicuꝫ fructum facit. ⁊ femina que iuxta terraꝫ quasi serpendo ramos expan dit. que miro modo quasi toto tē pore anni fructificat. ⁊ fructuꝫ ma turat. Item est tertia species valde pulchrior ⁊ melior. cuiꝰ fructꝰ ē ru beꝰ ⁊ grossꝰ. vt pua cerasa. ſꝫ fruc tus superioris est niger ⁊ paruus.

Hec arbuscula siluestris est. et in dictis spōte nascitur locis. Tamē si quis eam plantare desiderat: nucle is suis serat. vel plantulis eradica tis de loco matris: q° voluerit trās ferat. nec eius radices multum sub terra demergat. que nec fossione le tat᷑: nisi locꝰ fuerit nimis adustꝰ. mense Februario vel Martio ē se renda. Putari aut formari non eget: nisi forsan quis masculam ve lit propter voluptatem aliquam: in altum extollere. Colligitur eiꝰ fructus: quū successiue sua nigredi ne vel rubedine maturitateꝫ fatet᷑. Eius lignum rubeum pulchrum ⁊ quodammodo varium est. ⁊ odori ferum. competitqꝫ verubus: que su um saporem carnibus in ipsis assa tis: conferre dicit᷑. Fiunt ex eo co clearia satis pulchra. Fructus eiꝰ calidus ⁊ siccus est. ⁊ multum va let contra frigidam tussim comestꝰ ⁊ in vino coctus. si vinum bibatur ⁊ ipse fructus edatur. Rami eius cum fructu ⁊ frondibus in aqua vł vino cocti: ⁊ in vasa ex mussa īfec ta cum ipso vino vel aqua calidis sima positi. ⁊ obturato vendone in eodem agitati: vasa mirabiliter liberāt. ipsisqꝫ saporem ⁊ odorē lau dabilem prestant.

Incipit alia pars huius quinti li bri. De arboribus non fructife ris. ⁊ de omni vtilitate ipsarum.

Sufficiēter dictū est su pra de arboribus fruc tiferis: ⁊ de cultu ⁊ v tilitate ipsarū. Nunc autem dicit᷑ breuiter: de omnibus arborib9 ⁊ fructicis in fructiferis que reperiuntur in parti bus nostris. ⁊ de vtilitate ipsarum secūdū eūdē ordinē alphabeti.

De abiete.

Abies piella et arexe q̄si eedem arbores sunt. nō enim coluntur. ⁊ in alpi bꝰ ⁊ locis niuosis magne valde ꝓ ueniūt. ⁊ omnes miro modo direc te: in altum extolluntur. Frondes virides omni tempore habent. Ex ipsis fiunt arbores. ⁊ autēne mag narum nauium. quibus nulle alie arbores sufficere possint. Optime sunt ī omnibus operibus siccis edi ficiorum. quia leues ⁊ rigide ⁊ diu durabiles sūt. ⁊ assides facte ex eis vbiqꝫ plurimum domum exornāt.

Fiunt etiam ex eis vasa vinarea. tam magna q̄ parua. ſꝫ in eis faci le mutatur in acetum. Sed arexe precipue competit situlis: in quibꝰ aqua defertur. Nam abies ⁊ piel la: per eam facile viciantur.

De amedano.

Amedanus que aliꝰ vo catur: ē arbor que nō co lit᷑. sed ī locis palustribꝰ

et aquosis precipue delectatur. Fabricis inutilis est. s; necessaria: si humid9 locus fundamentis palandus est. nam sub terra ilico radices viridis ĩfixas emittit. ꝛ igrossata ex pluribus palis prope positis ꝛ in vnum corpus redactis: fortissimum ꝛ diu durabile fundamẽtum facit. Item ex ea conuenienter incisoria fiũt. ꝛ parapsides. quib9 rarissime accidunt crepature.

De asero.

Aserus ẽ arbor satis magna q̃ in alpibus inueniatur. que optime conuẽit ciphis parapsidibus aliisq; rebus ꝛ incisoriis faciendis: ꝛ viellis ꝛ õnibus delicatis operibus. quia ei9 lignum est album ꝛ solidum. ꝛ valde politu; efficitur. sed eius parapsides: faciliter propter calorem scinduntur. nisi facte sint de quartino id ẽ de ligno ĩ quattuor partes scisso. aut de nodoso. id est de neruosa radice.

De auorno.

Auornus est arbor parua que similiter circa alpes oritur. cuius medianus cortex datus in cibis aut potibus: mirabiliter ventrem laxat.

De agnocasto.

Agnuscastus est frutex. id est arbuscula parua. que omni tempore viridis reperitur. In aquosis locis magis: ꝛ in siccis minus. ꝛ eius lignũ est durum. ꝛ ei9 folia sunt: sicut folia oliue. sed sunt leniora. Calid9 est ꝛ siccus in tertio gradu. Et secũdum Auicennam est calidus in primo: ꝛ siccus ĩ secundo. Flores ꝛ folia competunt vsui medicine. ꝛ magis flores q̃ folia. ꝛ flores quide; agnuscastus vocantur. qui in vere colliguntur. ꝛ per annum tantũ seruantur: ꝛ virides maioris sunt efficacie q̃ siccati. Dicitur aute; agn9 castus: quia libidine; reprimendo: castum vt agn9 latorẽ reddit. Lectus enim ex eo stratus: libidinẽ stringit prohibẽdo pollutionẽ: ꝛ virge erexionem. vt dicit Auicenna. Fomentẽtur etiã genitalia: ex aqua decoctionis ei9: ꝛ sucus potetur. Cõtra gomoream decoquatur modicũ castorei in suco eius. ꝛ detur in potu. Ite; folia eius decoquantur in aceto addito castoreo. ꝛ genitalia cathaplasmentur. Et nota q̃ q̃da; extigũt libidinẽ: ĩspissãdo spma. vt semen lactuce psilliu; citroli melones. cucumeres. cucurbite. portulace scariola. acetum canphora. ꝛ similia. Quedam inaniendo spirit9 ꝛ consumendo sperma. vt ruta. maiorana. agnuscastus. ciminu;. calamentum. ꝛ anetum. hec eni; sunt calida. apertiua. ꝛ ventositatem extermінant ꝛ soluunt. Item fomentu; factu; ex aqua decoctionis agnicasti: matricis exsiccat superfluitates. ꝛ ipsius angustat orificium. Contra litargiã: valet decoctio agnicasti: apii ꝛ saline ĩ aqua salsa: si ex ea fortiter capitis posterior pars fricetur. Auicẽna dicit: q̃ suffumigat' mulier quũ vehemens desiderium coitus adest: ꝛ liberat'. ꝛ eius folia fugant venenosa.

De busso.

Bussus est arbor que solidissimũ croceum ꝛ pulcherrimũ lignum hab;.

que pulchris frõdibus ⁊ viridib⁹ semper vestita est. Ex quibus domicelle serta faciunt. Plantari potest non solũ si plantule radicate de stipite matricis euulse ponãt᷑: sȝ etiaȝ si rami ei⁹ frõdib⁹ denudati: ĩfigãtur in terrã. Rasura huius ligni qa frigida est ⁊ sicca: decocta in aqua putei cõstringit fluxũ capilloꝝ vt dicit Dyascorides. Tingit etiaȝ crines: si ei⁹ decoctiõe sepi⁹ abluãt᷑.

Ex ipsius lignis: fiũt optimi pectines ⁊ coclearia ⁊ manubria cultellorum. ⁊ calculi ⁊ tabule ceree. ⁊ õne opus paruũ: quod pulcherrimũ lignum sculpendum requirit. recipit eni ⁊ retinet comode omnẽ formam.

De brillo.

Rillus est arbuscula parua que in arenis flũinuȝ orit᷑. q̃ pulchras valde virgulas ⁊ multas emittit. q̃ colligũt᷑ de mẽse Aprilis: quũ suc⁹ ĩ eis mouetur ⁊ excorticantur. Deĩde fiunt ex eis corbes ⁊ cauee auium et cauee casei siccãdi ⁊ seruandi. ⁊ canistri ĩ quibus panis portat᷑ ⁊ fructus. Item ex radicibus eius: ligãt᷑ manubria falcium. ⁊ falcinellorum que ad incidendum ligna ⁊ putandas vineas: necessaria sunt.

De cypresso.

ypressus est arbor nota ⁊ pulchra. que viridis sẽper existit. ⁊ ideo libẽter in claustris monachorum ⁊ fratruȝ plantatur. Eius enim lignum ẽ valde odoriferum ⁊ pulchrum. ⁊ ex eo fiũt pulcherrime atq̧ odorifere assides. quas homines libẽter ponũt in fundis instrumentoꝝ musicoruȝ vt licii cythare ⁊ aliorum. ⁊ in omnibus operibus delicatis. Hec arbor vt ait Auicenna calida est ĩ primo gradu: ⁊ sicca in secundo. Et quidaȝ dicunt ꝙ est frigida. folia ⁊ nux eius stiptica sunt. ⁊ eius folia delent morpheam ⁊ consolidãt vulnera. ⁊ nux eius. ⁊ confortant neruos. ⁊ roborant mollificationeȝ ⁊ stringunt etiam. ⁊ decoctio nucis cum aceto: delet dolorem dentium.

De canna.

Anna siue arundo nota est. Terraȝ desiderat mẽdiocriter humidaȝ ⁊ pinguem. Canneta fiunt hoc modo. videlicet ꝙ pastinata equaliter terra de mẽse Februarii: ⁊ breuissimis scrobibus vno pede distantib⁹: cannarum oculi per scrobes singulas obruantur. si calida ⁊ sicca prouincia est: valles humidas ⁊ irriguas opus est deputare cannetis. si est humida regio: locis mediis instituantur: sed suco villarum subditis.

Ligonizantur vt vinee. ⁊ ligõib⁹ in equalitate terre inciduntur: de mẽse Octobris ⁊ Nouẽbris. Sȝ si q̃ sunt ãtiq̃ cãneta: mẽse Februarii sarrentur: recisis que sunt in radice purganda. id est putribus male ꝓiectis. ⁊ si qua gignendi non habẽt oculos. Ex cannis fiunt pali ⁊ ꝑtice vinearum ⁊ scoria quibus iter se domus pauperuȝ distinguuntur. Et secundum Auicennam sunt vehementis infrigidationis. Et folia cãne radix ⁊ cortex: conferunt alopicie: ⁊ abstergũt sordes. Et radix eius cum cepa siluestri extrahit carni ĩfixa. Et lanugo que est ei⁹ flos quando cadit ĩ aurẽ: facit euenire

surditatem • quoniam inuiscatur i in ea ⁊ non egreditur •

De fago •

Fagus est arbor magna : nascens in alpibus . ex q̄ optime fiunt lancee . ⁊ sellarum assides ⁊ librorum . Item fabricis vtilis est in sicco . sed humore corrumpitur . Ysidorus autē dicit ꝙ glans siue fagi fructus : ē multum dulcis ⁊ nutribilis : eiꝰ medulla muribus est multum accepta . ⁊ gyros īpiguat . turdis ⁊ columbis cōuenit : ⁊ eos nutrit . Eiꝰ ligni substantia operibus est apta . sed non multū durat : quia libēter a vermibus corroditur . sed est valde necessaria vitree arti : si nōdum a vermibus corrosa est . quia ex eius cinere vitrum cum aliorum quorundā appositione : p ignis conflagrationē preparatur .

De fraxino •

Fraxinus est arbor satis magna . que in pinguibꝰ ⁊ humidis nemoribꝰ delectatur . Cuius lignum satis igni competit . ⁊ est optimꝰ pro circulis vegetum . ⁊ tinarum ⁊ salis curriū . Item edificiis competit exsiccata : non viridis . dum tamen terra non contingat : quia statim humore corrumpitur . eius etiam silua de tertio in tertium vel quartum annum icisa : optimas pro vineis profert particas . Plinius autē dicit : ꝙ folia fraxini : sunt vtilia contra venenū . Nam suco expresso potui dato : cōtra serpentes summe auxiliatur . tantaq̄ ei vis est contra serpentes : vt eius vmbram vespertinam vel matutinam non attingant . ⁊ si inter ignem ⁊ fraxini folia ponitur serpēs : in ignē potiꝰ q̄ in fraxinū fugiet . Et eius cortices ⁊ folia ventrē strīgunt . ⁊ vomitum ex defectu virtutis contentiue factum . si cum aqua pluuiali ⁊ aceto decoquāntur : ⁊ super stomachum apponātur . Et est arbor calida ⁊ sicca in secundo gradu . vt dicit Paladius .

De fraxinagolo •

Fraxinagolꝰ ē arbor fraxino in frondibus et lignis similis . que in locis domesticis seu cultis delectatur . Hec arbor fructus quosdā siue granula parua producit . que nigra sūt quando existunt matura . ⁊ valde dulcia . sꝫ quasi nihil supra ossa ex pulpa habent . Item exsiccata multis mensibus conseruantur .

De fusano •

Fusanus est arbor parua que in alpibus orit᷑ : ex cuius ligno fiūt optime fuse ⁊ niellarum archeti .

De genestra •

Genestra est quedā arbuscula adeo parua : ꝙ plurimum ad herbe naturaꝫ accedit . q̄ in montibus ⁊ locis macerrimis orit᷑ . Et flores facit valde pulchros . quibus pro sertis dōicelle vtuntur . ⁊ ex ramusculis eius deficientibus vicis : possunt palmites vinearum ligari . Item ex genestra potest fieri stupa . que loco canabi vel lini succedere potest .

De Juo.

Uus id est taxus est arbor parua. que in alpib9 ꝛ mõtibus eis proximis inuenitur. que optima ẽ pro balistis ligneis ꝛ arcub9 faciendis.

De oplo ꝛ albaro.

Pl9 est arbor satis magna: que lignum hab3 valde album ꝛ pulchrum q̃si asero simile. Ex quo fiunt optĩa iuga boum. Incisoria etiam ꝛ pappsides ꝛ assides pro delicatis operibus faciendis.

De populo.

Opulus ꝛ albarus quasi similes sunt in magnitudine ꝛ forma frondiũ. sed populus magis in altum extollitur. ꝛ eius lignum non politur. Albarus vero magis per latera ramos extendit. ꝛ ei9 lignum est albius ꝛ pulchrius pro assidibus faciendis. edificiis in sicco satis competunt: licet longissimo tempore non durent. locis hũidis arenosis ꝛ precipue populus letãtur. in montib9 ꝛ locis. saxosis ꝛ cretosis durare non possunt. Plãtãtur: ramis a noualibus vel biennalibus aut etiam maioris etatis in terra infixis. ꝛ facillime comprehendunt. Item ꝯpertum est albarum incidi: ꝛ q̃ocunq3 ĩerit incisore fragmina: inde quasi siluam spissam nasci.

Potest etiam hoc euenire ex pullulatione radicum: que circa precisam arborem vniuersam occupant terram in superficie eius. propter quod etiam prefate arbores plurimum inueniuntur obesse vineis. et frumentariis agris. Populus habet hoc proprium: ꝙ si estiuo putetur tempore: facile perit. aut ĩfirma ꝛ scabrosa efficitur. Dicitur autē3 popul9 eo ꝙ incisa pullulat ad modum populi vt dicit Ysidorus.

De rosariis.

Osaria nota existunt. Sunt autem quedam alba. quedã rubea. Et iterum quedam domestica. ꝛ queda3 siluestria sunt. Alba vero tam dõestica q̃3 siluestria: fortes cõstituunt sepes. quia multas ꝛ fortes habent spinas. ꝛ omnes adeo retortas: ꝙ per eas volentes ĩgredi: retinẽt violenter. Sed rubea rosaria: debiles vngulas ꝛ spinas ꝑducunt. Plãtantur aute3 plantulis ꝛ virgultis in paruas particulas diuisis: ꝛ ĩ seminario satis. aut seminibus. Et semina quidem sunt: que in pomulo rubeo sunt collecta. quarum maturitas ad plantandum apta cognoscitur: quñ post vindemias colore3 fuscum ꝛ molliciem quandam habent. Si qua sunt rosaria ãtiqua: circunfodiuntur. ꝛ ariditas immersa reciditur. Ite3 que rara sunt possunt virgarum propagine reparari.

Rosa frigida est in primo gradu. sicca in secundo. viridis ꝛ sicca: ꝯpetit vsui medicine. Siccãtur autem aliquantulum ad solem. ꝛ possunt per triennium seruari. Cuñ receptio rosarum ĩuenitur: sicce ponẽde sunt in medicinis. quia facilius conteruntur. Ex viridibus aũt fit mel rosatu3. 3ucharum rosatũ. electuariũ de suco rosarũ. Syrup9

rosatus oleum rosatum. et aqua rosata. Mel rosatuz sic fit. primo mel despumetur. deinde coletur. postea addantur folia rosarum abiectis stipitibus: et quibusdaz albis: que sunt in parte inferiori. et minutatim incisa ponantur. et fiat decoctio aliquantula. et signuz decoctionis eius est odor et color rufus. in septem libris mellis: una rose ponatur. per quinque ānos seruari potest. Et habet virtutem confortandi: ex arōaticitate. mundificādi: ex melle. Cōpetēter datur flegmaticis colericis et Melancolicis in hyeme et estate. debilitatis cum mulsa facta ex aq̄ et melle rosato. ad mundificationē stomachi ex frigidis humoribus: mel rosatum cum aqua decoctiōis seminis feniculi: trib9 granis salis additis. Vel secundum Nicholaū fit hoc modo. In decem libris albi et purissimi mellis despumati: suci recentiuz rosarum libra una pōat. et in cacabo ad ignez posito cū bullire ceperit: viridium rosarum cum forficibus vel cultello incisarum libre quattuor addātur. et tādiu bulliat quod ad suci consumptionez redeat. et quū bullierit: semper agitetur. et ī fictili vase reposit9: quanto magis tenebitur: tanto meli9 erit. Cuz aqua frigida sumptum: stomachū confortat et cōstipat. et cum calida: mundificat. detur in mane et in meridie. Eodem modo fit mel violaceum. et ualet tipice febricitantib9 cum calida aqua datū. Zucharum rosaceum sic fit. folia rosarum viridium pistata cuz zucharo bene conterantur et ponantur in vase vitreo per triginta dies ad solem. et cotidie moueātur vt bene misceantur. In quattuor libris zuchari: libra vna rosaruz ponatur. et potest per triennium seruari. Virtutem habet cōstringendi et confortandi. et valz contra dissinteriam. lienteriam. et dyarriam ex debilitate virtutis contētiue factam. Item valet contra vomitū colericū. contra sincopim et cardiacam passionē: quū fit ex calefactione spiritualiuz: detur quū aqua rosata. Electuariuz de suco rosaruz sic fit. Recipe zuchari suci rosarum ana libram vnam et vncias quattuor. sandali trium generuz ana dragmas sex. spodii dragmas tres. dyagridii dragmas duodecim. canphore dragmam vnam. Tēpera ad modum electuarii: cum syrupo facto ex zucharo et rosarum suco. et detur cum aqua calida ad modum castanee: in matutinali hora. valet autez contra guttam calidam. et coleram rubeā purgat. Et cōualescentes tertianarios: cotidie purgat sine molestia. et reliquias maloruz humorū qui ibi remanserunt: potenter educit. Syrup9 rosatus sic fit. Quidam decoquunt rosas in aqua: et in tali aqua rosata: addunt zucharuz et faciunt syrupum. Alii autem faciunt ponere rosas in aliquo vase habente strictum orificium: et super infundunt aquam feruentem. et dimittunt ibi stare: donec aqua sit rubea. et inde faciunt syrupum. Alii conterunt rosas virides: et sucum exprimunt. et ī tali suco faciunt syrupū. et hic est optimus. Et nota quod syrupus factus ex recentib9 rosis: prius aliquantulum laxat. postea constringit. fact9 vero ex siccis

in principio ⁊ in fine constringit .
Contra fluxum ventris ⁊ vomituꝫ colericum: detur cum aqua pluuiali vel rosata . Febricitantibus post munitioneꝫ cū aq̄ frigida. potui detur contra sincopim similiter. Secunduꝫ Nicholaum sic fit. Accipe rosas recentes ⁊ pone in vase per se ⁊ in caldario pone aquam donec bulliat. ⁊ bullientem super rosas p̄dictas infunde. ⁊ postea ipsuꝫ vas tege: ne fumꝰ exeat. ex q° aq̄ ibi refriguerit: rosas ide eice. ⁊ aliis recētibꝰ aquā bullitā eādē iteꝝ superīfūde: mutādo rosas donec aqua illa rubea fiat . De hac autem aqua quattuor libras accipe. ⁊ in quattuor libris zuchari infūde. Quum autem bullire inceperit: albumen ouorū aliqđ cū zuchari aq̄ frigida multū agitata dōec spūescat cōcutias . ⁊ illā spumam in syrupo bulliente spergendo infunde. ⁊ quū quasi nigrescere illa spuma inceperit: suauiter cum cacia remoue. ⁊ iterum aliā infunde: donec clarꝰ fiat syrupꝰ. Et quū ceperit syrupus quasi filū facere. si cum digito tetigeris. aut cacie dependens adhereat: coctū ē . ⁊ valet calori ⁊ siccitati febrium. sitim reprimit. confortat ⁊ cōstipat.

Eodem modo fit syrupus violaceꝰ ⁊ syrupus nenufarinus. qui valent contra maximos calores in acutissimis egritudinibus. Oleum rosatum sic fit. Quidam decoquūt rosas in oleo comuni ⁊ colant . Alii terunt rosas virides : in oleo ⁊ vase vitreo. soli exponunt per dies quinquaginta. ⁊ hoc est bonuꝫ.

Secundum nicholauꝫ fit hoc modo. In duabꝰ libris olei comuni abluti : libra vna viridium rosarum aliquantulum concussarum ponatur in olla posita plena super ignem in caldario pleno aqua suspenso . et tamdiu bulliant : donec aque tertia pars minuat᷑: quod denuum albo panno lini immissum torculari exprimatur. Eodem modo fit violaceum sabatinum ⁊ mirtinum oleum. Et valent ista olea ꝯtra acutas ⁊ paracutas inuncta super epar ⁊ pulsus timpora ⁊ plātas manuum ⁊ pedum. quoniam calorem extinguunt. Aqua rosacea fit multis modis. Nam quidā habēt patellam plumbeam. quam ponūt super quodam testo inuerso: cui est ab vna parte hostium. vnde sub eo ponitur ignis. ⁊ inter testam ⁊ patellam est cinis grossitudinis duoruꝫ digitorum: ne aqua saporem fumi accipiat . ⁊ circa testum: est fornacella parua de lapidibꝰ ⁊ luto facta. Deinde patella rosis impletur . ⁊ capellum plumbeum ponitur supra ipsam: ita ꝙ versus partem vnde aqua rosata egreditur: aliquantuluꝫ pendeat. ⁊ ignis continuo sit sub ipsa patella. tantumqꝫ rose dimittuntur in ea: ꝙ in eis sit humiditas consumpta. ⁊ tunc reiciunt᷑: ⁊ alie recentes in earum loco ponātur. ⁊ in aliquo vase vitreo sub pipio capelli posito : aqua recipit᷑. Deinde i enghestariis ad solē posita: quibusdam diebus decoquenda relinquitur ⁊ seruatur. Alii volentes omnem saporem fumi ⁊ odorem euitare in aqua rosata : ponūt patellam predictam ⁊ capellum: in cacabo aqua pleno . atqꝫ ita in fornacella disposita : ꝙ ab vna parte

possit in eo aq̃ imitti. q̃ loco ei⁹ q̃ ab igne cõsumit᷑: succedere possit. ⁊ hec est optima. ⁊ quidam in filo folia rosarũ posita in vase vitreo: ⁊ suspensa: ne vasi ab aliqua parte adhereant: soli exponũt. ⁊ desuper adeo claudunt: ꝙ vapor rosarum exire non possit. ⁊ hec est melior q̃ esse possit. Tamẽ valde parũ ⁊ cũ nimio labore: fieri potest. Habet autem virtutem confortandi ⁊ cõstringendi. Contra fluxũ ventris ⁊ vomitum colericum: detur aqua rosata simplex. vel aqua decoctionis masticis ⁊ gariofilorum. ⁊ precipue contra fluxum ex debilitate virtutis cõtẽtiue: vel acumine medicine quãdo ipsa nimis ducit: prouẽientẽ. Sincopizantibus ⁊ cardiacam patientibus detur ĩ potu. ⁊ superaspgatur faciei. In coliriis competenter ad oculos ponitur. ⁊ in vnguentis ad faciẽ. quia abstergit pannum faciei: ⁊ subtiliat cutẽ. Rose sicce narib⁹ apposite: cerebrũ confortant. ⁊ reparant spiritus. Contra fluxum ventris ex colera: detur aqua pluuialis in qua rose sint decocte. ad idem valet emplastruꝫ ex rosis ⁊ albumine oui ⁊ aceto: positũ super renes ⁊ pectinem. Contra vomitũ fiat decoctio in aceto. ⁊ spongia marina intincta: ori stomachi superponatur. Contra sincopim detur aqua decoctionis rosaruꝫ. detur etiam puluis in ouo sorbili. Item contra ruborem oculorum si sentiatur punctura: valent rose cocte in aqua ⁊ cathaplasmate. Antea dicitur flos rose qui interius reperitur. valet autem contra fluxũ vẽtris ⁊ vomitum. Item puluis ei⁹ vue suppositus: humiditatem eius consumit. Et nota. ꝙ sucus rosarum viridium ĩ vase vitreo potest seruari per annuꝫ. Auicenna dicit ꝙ rosa rectificat fetorem sudoris: quando in balneo amministratur. Et emplastrum de rosis coctis ⁊ cõtritis ⁊ non expressis: positum sup appostemata calida: ea soluit.

De rore marino.

Ros marin⁹ est quedam arbuscula parua odorifera. que semꝑ habet frondes virides que quasi assimilant᷑ ʒanip̃ro ⁊ scope. In marinis locis precipue delectatur. ⁊ ideo ros marinus appellatur. Plantatur autem plantulis: de radice matris diuulsis. Item ramis in terram infixis: his mensibus quibus alie fiunt plantationes. Calidus ⁊ siccus est: sed excessus eius non determinat᷑ in gradu. Folia eius ⁊ flores cõpetunt medicine. ⁊ flos ei⁹ dicitur anthos. Unde dyantos electuariũ fit ex eo. Arbuscula ipsa etiã lanotides dicitur vel detrolibanos. vnde cũ istoruꝫ receptio iuenit᷑: folia debent poni: Flores auteꝫ aliquãtulum desiccati ad solem: per annũ similiter seruãtur. ⁊ folia habẽt virtutem confortandi: ex aromaticitate. dissoluendi: ex caliditate. extergendi mundificandi ⁊ consumẽdi ex siccitate. ⁊ dyaforeticam ex caliditate. Contra sincopiꝫ ⁊ cardiacã detur dyantos cuꝫ vino. Item fiat decoctio florum in vino. ⁊ tale vinum detur patienti. Contra frigiditatem stomachi ⁊ digestionem confortandaꝫ: detur dyantos vl᷑ vinũ

decoctionis florū ꝛ masticis. Contra dolorem intestinorum ꝛ stōachi ex ventositate: detur vinum decoctionis eius ꝛ cimini. Et contra cerebri frigiditatē: fiat eius decoctio in vino. ꝛ patiens capite cooperto: fumum recipiat. Contra humiditatē vue: acetum vel vinū decoctionis eius gargarizetur. Contra stranguriam ꝛ dissinteriaꝫ: flores vel saltē folia decocta in vino: cathaplasmētur. Ad mundificationeꝫ matricis ꝛ conceptuꝫ iuuandum: fiat fomētum circa pudenda ex aqua decoctionum eius. Flores autem in oleo decoctos: supponūt sibi mulieres.

De rubo.

Rubꝰ notus est. Competit sepibus faciendis. qa eas fortes ꝛ spissas ꝛ pūgentes facit. sed per se non multuꝫ competit: nisi plantas arborum vl' aliorum spinorū admixtas habeat: quibus sustineatur. que adeo sint solide: ꝙ non flectantur ꝛ destruātur ab eo. Plantatur autem plantulis suis. que facile inueniuntur: vbi rubi capita tāgūt terrā. qa ibi stati radices emittūt. Item plantatur seminibꝰ suis mature collectis ꝛ siccatis. ꝛ vsqꝫ ad inicium veris seruatis. ꝛ tunc seminatis. Fructꝰ eius sunt mora: que mulieres ꝛ pueri comedunt. sed optima sunt pro porcis. Rubus calidus ꝛ siccꝰ est vt quidam dicunt. Constantinus tamē dicit sūmitates eius esse stipticas. ꝛ valere contra vsturas ꝛ calida apostemata. vnde videtur: ꝙ sit frigida ꝛ sicca. Contra ruborē oculorum: cortices eiꝰ cum vitello ouorꝫ conterantur. ꝛ addito croco oculis superponātur. Cōtra quaslibet vsturas: cera mūda resoluat'. postea addatur oleuꝫ rosatum. Deinde sucus turionum eius ī maiori quantitate. Contra calida apostemata: folia summitatum trita cuꝫ aqua rosata superponantur. Contra dissinteriā: sucus turionum eiꝰ cum aqua ordei per clistere immittatur. vel ex turionibus cum albūine oui ꝛ aceto: fiat emplastrum super pectineꝫ ꝛ renes. Si sit vicio superioruꝫ: lenticula aliquantuluꝫ exusta in suco det' ad manducandū.

De salice.

Salix ē arbor nota. sic dicta: eo ꝙ plantata facile in altum salit. Hec arbor in locis humidis ꝛ arenosis siue solutis delectat'. ꝛ nō multuꝫ profunde radices facit. Plantatur optime: si terra perforata cum palo aut ferro: plāta biennalis in parte inferiori acuta: foramen fortiter imprimatur. ꝛ vsqꝫ quasi ad superficiem foramen ex sabulo impleatur: vel terra soluta. si terra vbi plantata sit: cretosa existit: denuum creta supponatur. Qꝫ si soluta est terra ī q̄ plantatur: sufficit si ex eadeꝫ impleatur foramen. cui multum ꝓderit: si eisdem cardinibus quibus in salice steterat opponatur. Fit autē eius plātatura de mense Octobris ꝛ Nouembris aut Februarii. ꝛ melius mense Martii: quuꝫ iam ipis plantis adhuc super salice existentibus: viridis sucus infundatur. Eis autem plantatis mense Aprilis ꝛ Mai: abradatur quicquid in

stipite preter superiorem oritur partem Tertio quoq aut quarto ano inciduntur omnes equaliter sex pedibus supra terraz. si ipsius formaretur stipes: pceriores produceret particas. ⁊ longiori tempore duraret. quia hec arbor tanto in ramis erit fecūdior: quanto est terre propinquior. ⁊ est ad incidendum aptior. Verumtamen si est in loco animalibus exposito: magis timet corrosionem ipsorum. qui octo vel decem pedibus a seinuicem distare debebunt. ne si nimis spisse fuerit: superfluis vmbris perimant ea que seminantur in agris. De tertio i tertiū ānū ptice incidūt. videlicz subtiles iuxta salicem. ⁊ grossiores tribus vel quattuor digitis ab eo remote: incidantur rotunde. vel non multū oblique. Et quicquid est in salice siccuz vel mortuum: amputetur. nec fiant in eo cauaze remote: sed paulatim equaliter per omnia diffundantur. Ex hoc enim modo particas proceriores ⁊ minus ramosas efficient. ⁊ tempore longiori durabunt. Et nota q si eo anno quo nō īcidūt āputēt vimine parue inutiles: remanentes maius suscipient incrementum. Ex ligno salicis solido pro particis faciendis non abscisso: fiūt trabes: ⁊ materie domus satis bone. ⁊ ex grossis. fiunt assides ⁊ cōche. ⁊ perapsides. icisoria. ⁊ multa vasa vinaria. Ex concauis vero fiūt aluearia ⁊ situle ⁊ sextaria. Ex particis fiunt vinee. ⁊ exeis ⁊ viminibus: fiunt sepes ⁊ clausure curiarum ⁊ porticoruz. ⁊ multa alia vtilia. Hec arbor competit medicine vsui: secundum corticem folia. ⁊ flores: habet autem virtutē constringendi ⁊ consolidandi. Cōtra dissinteriam: sucus expressus ex foliis ⁊ potui dat⁹ valet. Contra vlcerationem intestinorū ex dissinteria factam: detur puluis corticis eius combusti in aliquo potu. Idem puluis: vlcerationes exteriorum partium consolidat. Idez puluis vt testat Diascorides: cuz aceto potui dat⁹: ⁊ cū aceto cathaplasmatus: neruos verrucas ⁊ porros curat. Itē folia salicis respersa aq̄: ponenda sunt circa febricitantes.

Ysaac autem dicit floris seu seminis salicis hanc esse virtutem: vt si qua mulier illud i potu sumpserit: filios non generat. sed efficitur infecunda.

De sauina.

Sauina est arbor satis parua: que semper viridis est. ⁊ habz folia quasi cypresso similia. hec arbor satis comode viuit in omni loco. Et libenter plantatur in viridariis ⁊ in claustris religiosorum. quia circulis ⁊ particis iuxta eam positis: ramos conuenienter vndiq expandit. Plantatur autem ramis sicut de busso dixi: i terrā affixis. Hec arbor calida ⁊ sicca est in tertio gradu. cuius folia competunt medicine. per bienniuz seruari possunt. vinum decoctionis eius: valet contra dolorez stomachi ⁊ intestinoz. Item decocta in vino: valet contra stranguiriam ⁊ dissinteriam. Cathaplasmata etiam valet contra dolorem yliacum. est enim dyaphoretica ⁊ diuretica. Fomentatio etiam ex aqua decoctionis eius in vino.

valet contra predicta. et etiam menstrua prouocat. et fetum mortuum educit. Item decocta cum oleo et supposita: idem melius operatur. Contra tenasmon ex frigida causa valet: si fiat decoctio eius in aceto et vino: et fumum inde patiens recipiat.

De sambuco.

Sambucus est arbor nota que in sepibus nascitur. et ramis in terram infixis plantata: faciliter comprehēdit. Ex cuius ligno grosso: fiunt arcus. vel mediocri. et ex grosso non nodoso: fiunt sagitte. Item fiunt cannelle tinariorum et vegetum ex eius ligno. Virtus eius est calida et sicca in secundo gradu. Medicine competit. principaliter cortex eius. secūdo folia et flores. virtutem habet diureticam attractiuam et purgatiuam. Contra quotidianam precedēte purgatione: ante horam accessionis detur vinū decoctionis corticis mediani sambuci. Item sucus sambuci per se datus vel cum melle: lūbricos interficit. Ad mēstrua prouocanda: sucus corticum pessa gineтur. vel folia cathaplasmētur. Fomentū ex aqua salsa decoctionis corticum eius. tumorem pedum soluit. et dolorez exteriorum partium.

De sicomoro.

Sicomorus est quedam arbuscula pua. quasi assimilatur sanguino ī forma ligni. que pulchras valde producit virgas. et eius cortex est pulcherrimus. et adeo adheret ligno: q ex eo fiunt pulchra manubria cultellorum. et nascitur in nemoribus prope alpes.

De sanguino.

Sanguinus est arbor similiter parua. que multum pullulat in sepibus. et eas valde inspissat. sed spinis carz. et pulchras et solidas virgas pducit. ex qbus fiunt breuexilli ad auiculas cum noctua capiendas. et vimina ipsius: texendis telis optima sunt.

De spina alba.

Spina alba est arbor satis parua. que optima ē p sepibus. quia valde acutas habet spinas. nec in radicibus p agros pullulat. Et in se optimā recipit insitionem. vespila et pirus et malus ī ea facile comprehendūt. sed ad debitum augmentum peruenire non possunt: propter inequalitatem magnitudinis earum. Lignum habet albū et solidum. Ideoqz competit pixidibus et coclearibus. Plantatur autem plantulis: que inueniuntur in stipitibus matrum sub terra modicum nate. que aliqñ sub terre supficie radiculas pduxerunt. Vel ex eis plantulis: que in magna quantitate ineniuntur nate in arenis: ī locis vallium: ad quas fluminū torrentes semina produxerūt. Potes etiam ex ipsis seminibus post vindemias collectis: seminarium facere: in locis arenosis et solutis. et inde post biennium ad loca sepinz comode transferre. Hec arbor frigida et sicca ē ī pmo gradu. et eius decoctio confert istrumētis

iuncturarum ⁊ podagre. et mollifi
cationi stomachi.

De spina iudaica.

Spina iudaica melior õ
nibus est pro sepibus.
quia in quolibet folio duas habet
spinas. unã videlicet rectam. mag
nam. ⁊ acutissimã. et aliam paruã.
retortam. ⁊ spissam. quare sua pul
lulatione: fortem constituit sepem.

De spina ceruina.

Spina ceruina nõ multũ
sepibus competit. quia
non est bene spinosa. sed
ex ea optimi pro vineis fiunt pali.
qui sub terra longo tempore durãt.

De scopa.

Scopa ẽ arbuscula valde
parua. similis quasi zani
pro. cuius radix est ro
tunda ⁊ adeo dura ⁊ nodosa: q ex
eo optimi fiũt ciphi: si bene solida
inueniatur.

De tamarisco.

Tamariscus est arbor cali
da ⁊ sicca in secundo gra
du. Vinum decoctionis
eius valet ad opilationem splenis
⁊ epatis. Item stranguiriam dissol
uit. ⁊ plus in cibo: cocta. Ad idem
valet frequens bibitio: cum vase
ex tali ligno facto. Cortices autem
sunt maioris efficacie: q̃ folia.

De vlmo.

Ulmus est arbor nota. q̃
omnem aerem sustinere
potest. ⁊ terrã desiderat
pinguẽ: vt optime conualescat. nec
cretosam neq; solutã recusat. Que
plantatur plantulis cum radicib⁹
inuentis. que facile conualescunt.
Hec arbor optima est: vt vites sup
eam ascendant. Ex ligno eius fiũt
trabes ⁊ materie domorum. licet nõ
diu durent in eis. Item fiunt ex eo
muzoli rotarum. ⁊ fusoli molendi
norum ⁊ scale turrium. ⁊ his valde
competit. Item fiũt mazi ad ligna
scindenda. ⁊ vasa vinaria stringen
da: quia tenax est: ⁊ nõ facile scin
ditur lignum eius. Item fiunt fur
ce ⁊ furcones. ⁊ competẽter omnia
instrumenta que tenacitatem habẽt
vt potius curuentur: q̃ rũpant̃ aut
scindantur. Et folia quidem eius
optima sunt p pabulo boũ.

De vinco.

Uincus est arbor nota. q̃
plantatur vt salix: quia
eiusdẽ est nature. ⁊ ideo
conuenienter in ea inseritur. Et hec
quedam facit virgas croceas. que
dam nigras. quedam rubeas. Itẽ
que in loco calido ⁊ exili oritur:
tenaciores virgas producit. Que ve
ro in vmbris aut in loco pinguissi
mo oritur: min⁹ tenaces facit. Itẽ
est alia species vincorum qui gor
re vocantur: qui optimi sunt pro
tinis ⁊ vegetibus. quia lõgas ⁊ ra
mulis carẽtes: ⁊ in summitate gros
sas ⁊ valde tenaces virgas produ
cunt. ⁊ hec quidẽ facillime radices
emittit ⁊ comp̄hendit. si ex virgis fi
unt frusta vno pede minora: ⁊ ĩ ter
ra infigantur. duob⁹ solũ digitis
supra terrã relictis. que nullo tem
pore in stipite alti⁹ ascẽdere debet.

Ex his etiã3 fit optimu3 gorretũ. si in loco soluto plãtentur: vndiq3 vno pede distãtes. qd singulis an nis incidi debebit.

De videcto.

Videct9 est arbor satis be ne nota. que non efficit' magna. et in locis delec tatur aquosis et palustri bus. ex qua fiũt pro vineis compe tẽtes pali. ꝛ magis sub terra duran tes: q̃3 pali fraxini aut vlmi.

De 3uuro.

Vur9 est arbor cui9 cor tex gross9 est: ꝛ optim9 ad planulas ꝛ 3unaros. qui singulis tribus annis vel quat tuor ab arbore sua tolli dicit': ꝛ re nasci. quod est contra naturam cor ticis aliarũ arboru3: que excortica te siccantur. Est enim cortex in ar boribus: sicut coriu3 in animalib9. cuius siq̃ pars abscisa sublata fue rit: non renascetur in eodem statu. sed cum deformitate ꝛ maxia cyca trice. Explicit liber quintus.

Incipit liber sextus. De ortis et de natura et utilitate tam herbarum que seruntur in eis. quam ceterarum que in aliis locis sine hominis industria naturaliter nascuntur.

Tractatus de ortis et de industria cultus ipsorum. et de omnibus herbis que propter alimentum humani corporis seruntur in eis. Dicam etiam mixtim secundum ordinem alphabeti de his que sine hominis ministerio ex ipsa elementorum commixtione in aliis nascuntur locis: quibus frequenter utimur: ut earum virtute corpora in aliquam egritudinem lapsa: ad salutem reducantur. vel ante lapsum sana seruentur. Huius namque cognitio valde utilis erit omnibus. et precipue habitantibus rura: ubi medicinarum oppositarum copia non habetur.

De virtutibus herbarum in communi.

Dicimus quod arbor sola perfectam plante attingit naturam. et in ipsa qualitates elementales magis recedunt ab excellentiis quas habent in ipsis simplicibus elementis. Herbe autem et olera secundum minorem satis rationem accipiunt nomen plante. et qualitates elementales in ipsis magis sunt acute. et minus ab excellentiis simplicium elementorum recedentes. propter quod etiam sunt minores. et quod a primo humore pinguescente in terra minus recedunt. nec alte eleuantur: propter debilem virtutem anime vegetabilis in ipsis. quo autem viciniores sunt elementis: eo viciniores sunt materie. et forma que est vegetabilis anima minus vincit in eis. et propter hoc sunt efficaciores ad transmutandum corpora. et ideo magis sunt adhibite medicinis quam aliquid aliud.

Dico igitur ut ayt frater Albertus theutonicus philosophus egregius. quod quasdam qualitates habent a componentibus: quasdam a compositione: quasdam a specie secundum se. A componentibus vero habent frigefacere et calefacere humectare et exsiccare. A compositione vero habent has qualitates fractas: et aliquando adherentes: et aliquando subtiles et penetrantes. quoniam multe earum nisi habeant calores fractos: in humido precipue et frigido: absque dubio ea quibus adherent exurerent et incenderent. Idem autem est de frigiditate: quoniam nisi fracta esset mortificaret. Similiter autem est de humido et sicco. adhuc autem calor non staret adherens in floribus nisi teneretur ab humido et a sicco aliquantulum passo. nec siccum penetraret nisi subtilitatem acciperet ab humido. et acumen a calido. et retinentiam a frigido et detentionem. A specie autem habent qualitates et operationes multas et mirabiles. sicut quod aliqua virtute purgat coleram ut scamonea. et aliqua virtute purgat flegma ut ebulus. et aliqua melancoliam ut sene et sic de aliis Has enim virtutes non habent a componentibus elementis: neque ab ipsa compositione. quoniam compositio non dat virtutem: sed virtuti componentis ipsa dat modum agendi vel patiendi. sed sunt operationes iste et qualitates a tota specie causate a virtutibus celestibus: et a virtute anime. non enim unquam calidum purgaret: sed potius consumeret: nisi a virtute celesti caretur hec operatio. Sicut enim in intellectu practico sunt forme per se mouentes corpus

eius in quo sunt itellectu: et i estimati onibus animaliū sunt forme que mouent aialia. ita sunt forme a motori bus orbiū p figuras stellarū infuse generabilibus: q̄ sunt forme etiā mouētes p seipsas ad quedā ad que q̄litates elemētales per illū modū nullomō mouēt. Experimento autem scimus: formā femine in itellectu existentem mouere ad venerea p seipsam. et ipsa sibi mouet in corpore instrumenta et mēbra: p que exercetur coytus. Et similiter forma artis p seipsam mouet et querit instrumēta ouenietia fini suo. Et secundū hūc modū efficatiores sunt motores orbiū mouentes formas influere suis materiis quas mouent motu stellarū et celi: q̄ sit anima i influēdo formas tales corpori sibi cōiuncto.

Hee autē forme optinētes materias generabiliū et corruptibiliū: multis probant' effectibus in lapidibus et plantis. Sunt eni multi effectus lapidū et plantarū: qui expimento accipiunt' in eisdē in quibus student magici: et mira p eos operant'. Et iste opationes sunt que nec cōponētiū elemētorū sunt: nec opositionis ipsius secundū se: sed sunt formarū secundū q̄ ifluxe sunt ab itellectualibus et sepatis substātiis. Amplius autē sciendū est q̄ materia nihil agit p se: sed ōnia patit'. et nō sunt nisi tria formaliter in plantis. Forme eni q̄ sunt in eis: aut sunt oplexionales: aut celestes: aut animales ex anima vegetabili que est in eis. Et forma quidē oplexionalis ē in eis absoluta et sepata. Absoluta vero ē ut calor et frigus: hūiditas et siccitas. et iste absolute forme variāt' maxime secundū duo q̄ sunt in plātis. quorū vnū est elemēti oponētis quātitas secundū virtutē. In vna enim plus caloris. in alia plus frigoris. Alterū aūt per quod variat' ista forma in agendo est loci natura in quo crescit. Plante eni habēt qualitates locorū in quibus crescūt. et secundū diuersitates climatū variat' actio qualitatū et plantarū. Plante radicitus terre adherēt: et hūt plurimū de qualitate loci: q̄ cetera que sunt mobilia de loco ad locū. q̄uis eni inumerabilia secūdū locum sint imobilia: tamē sunt dura nō sugentia locorū proprietates. et iō nō tot quot plāte acquirūt locorū proprietates: que etiā molles sunt primitus et maxime herbe: et sugunt nutrimentū suū a locis sicut a ventre quodā Compatie autē iste eedē qualitates et acuūt' et frāgūtur. calor eni acuit' sicci dominio. Frangitur aūt et ebetat' ab aquea humiditate: et inde fit q̄ aliquādo due plāte habēt duas caliditates equales secundū essentiam: et tamē inequaliter agūt secūdū eam. quia caliditas vnius acuta est et alterius fracta. inde etiam fit q̄ vna fortius agit in profundo. altera in supficie fortius. que enim est i subtili humido fortius penetrat in profundo. et illi adheret et in eo aggregat' virtus eius. Et q̄ adheret grosso sicco forte maior est: et tamen nō ptingit nisi ad superficiē. eo q̄ penetrare nō potest grossa siccitas ipsius

Hoc autē modo frigidū etiam cōparat' ad siccum et humidū. quia licet ōnis qualitas actiua fortificet' in grossa substātia postq̄ receperit eā. tamē ipa grossicies: eius impedit

penetrationē. ⁊ ideo minus agit in aliam aliquādo q̄ꝫ minor vel equa lis q̄ est in substātia subtili. Adhuc autē qualitas illa actiua que est in substantia subtili: licet forte maior sit q̄ꝫ alia que ē in substātia grossa. tamē nō ꝑficiet operationē suā. q2 euaporabit cū subtili hūido in quo est: anteq̄ꝫ cōpleat operationē suā. sed sicca diutius agit: quia retinebi tur in substantia grossa ipsa quali tas actiua.

De ortis ⁊ cultu ipsoꝝ in cōmuni.

Enerali sermōe de ortis loquens: in primis dicā: ꝙ aerem desiderāt liberū ⁊ tempatum vel tēperato proximū. quod patet ex eo ꝙ tēpa et loca nimie caliditatis aut frigidi tatis formidāt: et in eis herbe ad vl timā q̄si ariditatē ꝑueniūt: nisi tūc multis pluuiis aut irrigationibus adiuuētur. Et similiter videmus ꝙ loca ⁊ tempora mortificātis frigi ditatis tollerare nō possunt. Itē videm9 ꝙ in locis vmbrosis nulli us vel modice vtilitatis existunt. Terrā desiderāt mediocriter solutā ⁊ humidā prius q̄ꝫ siccā. Creta eni ⁊ argilla sunt ortis et cultorib9 plu rimū inimice. Et herbe vbi i nimis soluta terra posite: in principio ve ris optime cōualescūt. sed in estate siccantur. Item irriguus esse deside rat: ut supra se riuū habeat quo pos set p cōueniētes sulcos cū opus fue rit irrigari. ꝙ si hoc habere non po test: habeat in se piscinā vel fontem aut puteū: qui loco riui succedāt. ⁊ si nullū hoꝝ haberi potest: fiāt fo uee ⁊ multū parue ꝑ ortū: in quib9 pluuiarū humores aliq̄ꝺiu retineā tur. Unde Paladius egregie dixit: ꝙ ortus qui celi elemēto subiacet et fōtano hūore ꝑcurritur. ꝓpe ē ut liber sit: et nullā serēdi disciplinam requirat. Itē requirit terrā piguissi mā. ideoq3 in altiore pte sui fimum semp habeat. Cui9 succus cū spōte fecūdet. et ex eo etiā semel quolibet anno si habet' copia eius singula or torū spacia impinguētur. eo tēpore quo seri vel plantari debebūt. Sit autē ortus domui ꝓxim9. longe ta mē ab area situs. Nam puluerē pa learū quia herbarū folia perforat ⁊ exsiccat patitur inimicū. Felix aūt orti positio est: cui leuiter inclinata planicies cursus aque fluentis per spacia discreta deriuat. Si habet' copia terre ortis exposite: partes e9 sic diuidende sunt: ut hee in quib9 autūpno seminabitur: vernali tēpo re pastinētur. Et quas seminib9 ve re cōplebim9: autūpni tēpore debe m9 fodere. ita ut vtraq3 pastinatio decoquet' beneficio algoris et solis. In locis aūt humidis seminandis in vere: vtile erit circa finem nouē bris multos imprimere sulcos cōca uos: ad quos labatur superfluus a reaꝝ humor tēpore sationis. ut ma turius talis locus sulcis repletis: se minib9 impleat'. Si vero penuria terreni habetur: quocūq3 tēpore āni terra inter humiditatē et siccitatem īuenitur equalis: pastinari potest: ⁊ statim seri. sed si optime locus ipin guatus fuerit: ea que sata erunt ma i9 suscipiēt icrementū. Pastinatū vero fiat ꝓfundū: prima vice gros sum cū vanga: ⁊ sup terrā fim9 sper gatur. Deinde cum ligonibus iterū

minutatim pastinetur. et quantū fie ri potest letamē ⁊ terra misceantur: ⁊ in puluerem deducātur. Cū aūt seminandū erit: cum fimo fiant aree circa duos pedes ample: et longe quātum volueris: sup quib⁹ iacta bitur semē: ⁊ rastro opietur. ⁊ si qd terre dure in supficie remāserit cōte ratur. et iterū aree cum fimo operiā tur: maxime cū fit satio hyemalis. Inpiguat enī terrā ⁊ a frigore semē defēdit. Herbe autē scilȝ lactuce bli ta borago cauliculi et cetere q̄ in eo loco primitus erāt euulse: cū fit pas tinū ɔmode circa sulcos arearū plā tantur vt in sequenti habeātur qua dragesima: et seminario non afferāt nocumētū. ex quibus quas volue ris poteris ad semen producēdū ser uare. Potest autem in ortis satio pluriū herbarū fieri: toto tēpore āni quo aer ⁊ terra naturaliter seu hois industria iueniuntur iter hūiditatē ⁊ siccitatem equales: aut ab equali tate nō nimiū discrepantes. sed pri cipalis ⁊ precipua satio duplex est Una vernalis: que fit mense febru arii vel martii. Altera autūpnalis: que fit mēse septēbris vel octobris. Ita tamen ꝙ locis frigidis: autūp nalis satio maturius fiat: vernalis tardius. In calidis vero regioni bus autūpnalis serius fieri potest: et vernalis maturi⁹. hoc tamē sciat ꝙ in tēpatis locis ⁊ i calidis ꝑfata satio vernalis melior inuenit᷑ si fcā fuerit in fine nouēbris vel in prin cipio decembris: q̄ꝫ si februarii vel martii mense fiat: licet ante aduētū februarii seīa non nascantur. quia valde maturius herbe pro quadra gesima habebūtur. ⁊ porri et cepe ci tius poterūt trāsplātari. Possunt autem ɔmode seminari herbe sepati ⁊ mixtim. Nā si mixtim seminātur: cū ɔualuerint euellent᷑ que fuerint trāsplantāde. ut porri cepe ⁊ caules

Et ex his que trāsplantari nō de bent: primo euellentur atriplices et spinatia que non durant in ortis: ⁊ ramanebunt blite ⁊ petrosillus satu reia ⁊ aliqui caules. ⁊ ex lactucis ⁊ feniculis alique: quibus ad ɔgruā raritatē deductis sarculabuntur: ut ad debitū veniant cōplementum. Et herbe quidē que trāsplātari nō debent: rare serende sunt. Que vero transplantabūtur spissius seri deūt

Et ē notādū ꝙ vbi deūt plantari porri cepe ⁊ caules faseoli miliū pa nicū cucurbite cucumeres melones et citrulli. possunt de mēse decēbris ianuarii ⁊ februarii seri ōnes herbe que cōsumuntur ante predictarum plantationū tempus. ut sunt spina tia atriplices ⁊ lactuce caules porri ne ⁊ cepolline ⁊ cetere similes. Ca uendū est etiam ne que habent᷑ seīa sint corrupta. Ideoqꝫ eligēda sunt que farinā interius habēt albam: et que magis fuerint ponderosa et pi guia siue grossa. ⁊ in pluribus eoꝝ sint talia que nō excesserit anni eta tem. Sepe tamē prouenit ꝙ semina quātumcūqꝫ sint bona: si iacta fue rint nō nascātur: ex aliqua malicia corporū celestiū impedita. Ideoqꝫ plerūqꝫ vtile inuenitur diuersa seīa simul seri ne tēpus alicui semini cō trariū ex toto terram denudet. licet enī aliquādo plante seinuicē impe diāt: ut scilicet ꝓbatum est in quar to libro. tamē herbas ut plurimū vi dem⁹ ɔmodū simul nasci ⁊ inueniri

ut apte patet in pratis ꝛ in locis ce teris in quibus diuersas simul her bas: ꝛ raro vni⁹ tantū generis natu ra suo naturali motu pducit. quam quidē sequi debemus in ōnibus tā ꝙ ducem. Scias etiā ꝙ omniū her barū optima est satio: cum luna fue rit in augmēto: ꝓpter rationē quā supra dixi in libro 2°. Et sepe euenit ut nō sit vtilis satio cū luna ꝓcesse rit in defectu. Herbe trāsplantāt᷑ ī terra bene pastinata cū palo facto foramine vel p se in areis: vel mul tas ex ipsis circa herbaꝝ areas que nup fuerint seminate. Transplan tatio fit fere ex omnibus herbis: ex ceptis spinatiis atriplicibus ꝛ ane tis: omni tempore quo plantule ali qualiter creuerint: et terra nō fuerit nimis sicca: licet non fuerit mollis ut multū requirit. Fit aūt trāsplā tatio ut sapor herbarū in melius cō mutet᷑ et domesticet᷑. et q̄ nimis spis se nate fuerit adeo rare ponātur vt sarculari possint. ꝛ ad debitū pueni re augmentū. Nec est in trāsplātati one necesse firmari radices. sꝫ in q busdā vtile est āputari radicū sum mitates. ut in tractatu cuiuslibꝫ her be patebit. Sarculant᷑ quoqꝫ quoti ens herbe nociue nascūtur in eis: q̄ tam sarculo ꝙ manibus optime au ferant᷑: ne melioribꝰ herbis surripi ant nutrimētū. Fit etiā sarculatio cū propter pōdus terre atqꝫ ymbri um ictus ꝛ ambulantiū ꝯculcatiōe terra fuerit nimiū solidata. dum ta men scias ꝙ quando terra fuerit ni mis sicca licet terra moueri nō pos sit: herbe nichilominus recidant᷑ q̄ res multū proficit ortis. Accidūt ortis multa nocumenta. Quandoqꝫ

enī necessitas nos cogit ortū facere in terra nimis solida: ꝛ cretosa. cui multum proderit si sabulū misceat᷑ aut letaminis multitudo: ꝛ terra se pissime moueat᷑. Et quādoqꝫ ter ra ē adeo soluta: ꝙ hūor cōceptus facile resoluitur: ꝛ ortus estiuo tēpe nimiū exsiccatur. Cui ꝓderit si eis dem misceat᷑ letamen ꝛ creta. si non potest facile irrigari. aut diu negat᷑ celestis infusio. Si aūt ortus est ō nīno nimis aquosus: magnis cinga tur fossatis. ꝛ p ipsum ortū fiāt eti am tales fosse ꝙ humor aquosꝰ su perfluus defluat ad ptes extremas

Si vero fuerit nimis siccus ꝛ ari dus non cingatur. quia orto subdu cūt humores. Et alte duobus pedi bꝰ pastinetur. quia ortus cultus sic negligit siccitates. et tēpe caumatis irrigetur: ꝛ plāte puule obumbrēt᷑. hyeme vero rigida coopiant᷑ noue seminationes. ne supfluo frigore q̄ sata fuerint corrūpantur. Contra nebulas ꝛ rubiginē paleas ꝛ purga menta pluribꝰ locis p ortū dispositi ta vt ayt Paladius. simul ōnia cū nebulam videris instare comburas Cōtra limacas si habūdauerit: qui eas de orto remoueant sint lectores

Contra formicas si habēt in orto foramen cor noctue foramini appo namꝰ vt Paladius ayt. vel origa no ꝛ sulfure tritis foramen asperge Si deforis veniant omne ortū spaci um cinere aut crete cādore tigemꝰ. Si feceris lineam de oleo: nō aude būt intrare donec fuerit exsiccatū. sed hoc ē difficile: sed erit vtile hoc facere circa arbores patiētes formi cas. Cōtra erucas semina q̄ spergē da sunt: sempuiue suco madefiant

vel sanguine erucarũ. vel p manus puerorũ colligantur: ⁊ occidant̄ cũ ortũ infestant. Cicer est inter olera propter multa portẽta serendũ. vt olera infesta non generent animalia i corio testudinis. omnia semina que sparsurus es: sicca. vel mentã locis pluribus ⁊ maxime iter caules sere.

Contra mures ⁊ talpas prodest in ortis cattos aut mãsuetas mustelas aliqui foramina eoꝝ creta et succo agrestis cucumeris implent. Et alii foramẽ cũ pastino vsqȝ ad terrã solidam auferũt: deinde ponũt aquã in foramine in terra solida existẽte: ⁊ inde egrediens animal occidunt.

Preterea õnia seĩa ortĩ ⁊ agri ferũtur ab omnibus malis ⁊ noxiis aĩalibus aut monstruis intacta seruari si succo radicũ tritarũ agrestis cucumeris antea macerẽtur. Herbe colligũtur ꝓpter cibũ: ipsis recisis cultello modicũ supra terram: ⁊ ex multis sola folia colliguntur q̃ ad debitũ quasi puenerũt augmentũ: vt in blita sclarea boragine petrosillo et i caulibus obseruatur. Sed i hyeme caules totaliter recidantur. Porro in his omnib⁹ excepto petrosillo et feniculis ⁊ saluia ⁊ quibusdã aliis. si sepe stipes cũ natus fuerit vel creuerit auferatur: longiori tẽpore sine seminibus virides habebũtur. Verũ propter medicinã oportet colligere postq̃ ĩtegre incipiũt habere quãtitatem quam debẽt: anteq̃ floꝝ alteretur color ⁊ cadãt: sed semina colligũtur postq̃ termin⁹ eoꝝ finitur: ⁊ exsiccantur ab eis cruditas et aquositas et radices sumende sunt cum adest folioꝝ casus. flores vero colligere oportet post apertionem integrã ante extermĩationẽ ⁊ casum. Sȝ tota herba colligi debet cũ ad suam integritatem puenit. Et fructus q̃dẽ sunt colligendi postq̃ finitur cõplemẽtũ eoꝝ: ⁊ anteq̃ sint ad cadẽdũ parati. Et quecũqȝ colliguntur decrescente luna meliora sunt. et magis seruabilia his que colligũtur in eius augmẽto. Et similiter quecũqȝ colligunt̄ in claro aere: meliora sunt his que colligũt̄ in dispositiõe hũiditatis aeris. ⁊ vicinitate ipsi⁹ pluuie. Et siluestres quidẽ: domesticis sunt fortiores ⁊ minoris quãtitatis secundũ Pliniũ. Et ex siluestribus montane sunt fortiores. Et ille quarũ loca sunt vẽtosa et sublima: sunt iterũ fortiores. Et ille quarũ color fuerit magis tinct⁹: ⁊ sapor magis apparens: ⁊ odor fortior. erũt potentiores in genere suo. Ampli⁹ scias q̃ virtus herbarũ debilitat̄ post duos aut tres annos secũdum Pliniũ Herbe flores et semĩa seruãda sunt i locis siccis et obscuris: q̃si sacculis aut vasis ↄstrictis melius seruant̄. ne odor ⁊ virtus exalet et precipue flores. Radices autẽ meli⁹ in subtili arena seruãt̄. nisi sint radices q̃ siccate seruentur: que similiter in loco sicco ⁊ obscuro meli⁹ seruabũt̄. Sẽina tamẽ porrorũ ⁊ ceparũ meli⁹ q̃ aliarũ in suis siliquis seruabũt̄.

De alleo.

Alleum de mẽse novẽbris optime plãtatur: in terra maxime alba et subacta sine stercore: licet in alia terra etiã stercorata ꝓueniant. Sed et seri potest mẽse septẽbris. ⁊ octobris februarii ⁊ martii. ⁊ in locis calidis

mense decembris: et si dimittantur i terra quādo matura sunt: renouātur eorum radices et folia: et faciūt semē sequēti āno. quod seminari potest et allea producit. Plātātur in areis vno palmo distantes. Itē possunt poni in areis herbarū due aut tres acies i qualibet. sarculāda sunt frequēter: ut melius eorum capita crescāt Si bene capitata facere volueris: vbi ceperit eorum stipites prodire pedibus calca: ita succus reuertetur ad ea. Colligūtur cū eorum stipites se ā modo sustinere nō possunt: in lune defectu et claro aere. Fertur eni quod si serātur luna sub terra posita: et sub terris luna latente vellātur: odoris feditate carebunt. Itē in paleis cōdita vel fumo suspēsa: durabunt. Alleum calidū et siccū est in medio quarti gradus. virtutē habet cōsumendi dissoluēdi et expellēdi venenū. Contra morsus venenatorum aialium: accipe allea et tere et cathaplasmentur. succus etiā interius receptus discutit venenū. Unde tyriaca dicitur rusticorū. Contra libricos accipe allea: parum piperis: petrosillinū: succū mēte: et acetū. et fac īde salsamētū. et comede cū pane uel carnibus. Ad apiēdas vias epatis et urinales meatus. fiat salsamētū cū vino: et succo herbarū diureticarū. et detur patienti. Cōtra strāguriā et dissinteriam et dolorē yliorum: accipe allea: et coque in vino et oleo. et facias inde emplastrū. et ipone pectini. et circa virgam et loca dolentia. Alleū visui obest. et desiccat. et toti corpi nocet: si ultra modū sumatur. quia generat leprā: apoplexiā: et maniā: et multa alia mala

Auicen. insup dicit quod alleū decoctū clarificat vocem et guttur. et cōfert tussi antique. et doloribus pectoris ex frigore. Ysaac dicit quod parū dāt nutrimēti allea. et sunt nociua colericis et calorē naturalem habētibus. frigidis et hūidis naturaliter vrinam prouocāt: et vētrē humectāt. et siccis natura cōtrariū faciūt. sed volentes caloris eorū nocumētum vitare. bis ea elixēt: deinde cōdiāt cum aceto.

De atriplice.

Triplex seritur mense februarii et martii et aprilis et ceteris mēsibus vsque ad autūpnum: si poterit irrigari. et nō desiderat transplātari. Et a quibusdā seritur mēse decēbris in terra bene culta et stercorata et melius prouenit si rare fuerit seminata. Potest autē seri per se in suis areis: et simul cū aliis herbis semper amputandus est ferro: quia pullulare nō cessat. Sepe etiā rigari desiderat si spiritus magne siccitatis fuerit. Semina eius per quatuor annos seruari possunt. Atriplex frigida est in primo gradu. hūida in 2° parum nutrit. eius eni liquor ē aquosus et cito dicitur. et ideo est vētris solutiuus. Cathaplasmatus super calidum apostema illico refrigerat et sanat. Semen eius mūdificatiuū et colatiuū. proinde utile est yctericiā habentibus: q̄ nascitur de epatis opilatione. ex quo duabus dragmis cū calida aqua et melle potui datis: colericus valde prouocatur vomitus.

De aniso.

Anisum desiderat terram bene pastinatã & pinguẽ & optime prouenit si humore iuuetur & stercore. Serit' mense februarii & martii p se et cum aliis herbis. Anisum calidum est & siccum in 3° gradu. Alio nomine dicitur ciminũ vel feniculum romanũ. & est semen cuiusdam herbe que simili nomine appellat'. Virtutẽ habet ɔsumẽdi & dissoluẽdi. potest aũt seruari p quatuor annos in multa efficacia. Cũ lauatur facies ex aqua ipsi9: clarificat eam. & similiter acceptio ei9 & vsus cũ mensura. sed nimius vsus eius faciẽ citrinat. Contra ventositatem indigestionẽ et acidas eructationes: detur vinũ decoctionis anisi feniculi & masticis vel puluis ipsorũ in cibis: addito puluere cynamomi. & dolorẽ intestinoꝝ ex frigiditate mitigat. Contra viciũ matricis ex frigiditate valet decoctio eius cũ trifera magna. Cõtra epatis opilationẽ: detur decoctio eius cũ aliis rebus diureticis. Cõtra liuorem expcussione et precipue si sit in facie circa oculos oteratur cũ cimino & supponatur cum cera calefacta. Ad augmẽtationẽ lactis & spermatis: valet puluis eius sumptus in cibo & potu. & hoc operatur apiẽdo meatũ lactis & spermatis.

De aneto.

Anetum desiderat cõmunẽ ortorũ terram. & serit' mense februarii & martii septẽbris & octobris. et ĩ locis clementibus etiã mẽse decembris. Omnẽ celi statũ patitur: sed in tepidiori letatur. Rarius seratur & irriget' si nõ pluat. Aliqui semen eius nõ obruũt: opinãtes ꝙ ab aue nulla tangat'. Anetũ calidũ & siccum est in 2° gradu. Eius semen principaliter ɔpetit medicine. secũdario radix recens. nã sicca nulli9 est vtilitatis. 3° herba. Semen ei9 p triẽniũ potest seruari. melius tamẽ est si annis singulis renouetur. Decoctio herbe & seminis valet ad strãguriã & dissinteriam: et lac augmentat. Contra dolorẽ matricis fasciculi aneti bulliãtur in vino et cathaplasmentur. Semẽ ei9 ventositatem tumorem et inflationem dissoluit. & similiter rami eius. & ipsum semẽ ventrẽ de humoris putredine mũdificat. habet etiã proprietates extinguẽdi singultum de plenitudine factũ. ℞ si vrat' calidũ & siccũ est in 3° gradu. & valet contra vulnera putrefacta & diuturna in ventre nata. Auicen. dicit ꝙ assuefactio comestionis aneti debilitat visum.

De apio.

Apiũ mẽse februarii martii et aprilis et may seri debet: & multũ multiplicatur in circuitu: & eius vetustiora semina citius nascũtur. & nouella sunt serius seminanda. Apium aliud ẽ domesticũ. aliud silvestre. Et domesticũ: aliud ortẽse aliud aquaticũ. Quod in ortis nascitur calidũ est in principio tertii grad9 & siccũ in medio. Ideoq3 coctũ vel crudũ esui datũ opilationẽ aperit. vrinã prouocat. et vẽtrẽ

stringit. Habet autem proprietatem: membrorum constipationem dissoluendi. et viam humoribus faciendi: eosque ad stomachum vuluam et caput attrahendi. Aut nocet epylenticis et pregnantibus. et vomitum inducit. Vinum de coctionis eius torsionem ventris factam ex ventositate compescit. Semen maioris est efficacie. 2° radix. 3° herba. Aquaticum autem ranunculum dicitur: eo quod in aquis nascitur vbi rane morantur: vel eo quod renibus opitulatur. parum est calidum: vnde digestibilius est et calidis natura conueniens. Et cathaplasmate facto ex eo et mica panis: super stomachum eius ardorem mitigat

Siluestre dicitur apiumrisus. eo quod melancolicum purgat humorem. ex cuius habundantia tristitia generatur

Apiumrisus in vino vel aqua decoctum: stranguriam et dissinteriam soluit. et fumigium ex eo factum menstrua prouocat. vel succus eius suppositus.

Et nota quod apiumrisus ore sumi non debet. quia in quibusdam locis adeo violentissimum est inuentum quod si sumatur est causa mortis.

De absinthio.

Absinthium calidum est in primo gradu. et siccum in 2°. duas dicitur habere virtutes contrarias: scilicet laxatiuam et constrictiuam. primam ex caliditate. secundam ex grossicie. et ponticitate substantie. vnde non est dandum nisi materia existente digesta.

Debet autem colligi circa medium maii. et in vmbra siccari. Contra lumbricos in inferioribus intestinis existentes. detur cum puluere centauree vel persicarie vel nucleorum persicorum vel foliorum. Ad menstrua prouocanda pessarizetur succus eius. vel fiat suppositorium ex eo et apio et arthemesia coctis in oleo. Contra ebrietatem detur succus eius cum aceto et aqua calida. ad duriciem splenis absinthium coctum cathaplasmetur. Contra dolorem et liuorem membrorum ex percussione ex succo absinthii et puluere cimini et melle fiat emplastrum. Contra vermes aurium instilletur succus eius. Succus eius potatus visum clarificat et oculis impositus ruborem et pannum remouet. Libros et pannos a vermibus tutos reddit. Et incaustum et cartas a corruptione conseruat.

De arthemesia.

Arthemesia que alio nomine dicitur mater herbarum calida et sicca est in 3° gradu. folia eius magis quam radix competunt medicine. et viridia magis quam sicca. Valet contra sterilitatem que fit ex frigiditate. nam si esset ex caliditate magis obesset. quod satis perpendi potest ex complexione mulieris si est macra vel pinguis. detur ergo puluis eius cum puluere biscorte et nucis muscate cum melle confectus. vel syrupo simplici in modum electuarii. Item si balneetur in aqua in qua cocta fit arthemesia vel ex tali aqua fomentetur vulua. vel ex ea et oleo communi fiat suppositorium. Ad menstrua prouocanda fiat pessarium ex succo eius. Contra tenasmon ex causa frigida patiens recipiat fumum eius per anum. et herba calefacta et super lapidem posita sedeat super eam.

De aristologia.

Ristologia duplex ē sci licet lōga et rotōda. ⁊ v traqꝫ calida ⁊ sicca est in 3° gradu. Radix ma gis q̄ folia competit medicine. Radix colligitur in autumpno. et exsiccata potest per bienniū seruari in multa efficacia Et folia cū flori bus virtutem habent dissoluendi ⁊ cōsumēdi ⁊ expellendi venenū. ⁊ seruari possunt per duos ānos Cō tra venenū ⁊ morsum venenatoꝝ a nimaliū det' puluis e9 cū suco rute puluis etiā eius carnes corrodit in vulnere ⁊ fistula. Ad expellēdū fetū mortuū: coquatur vino ⁊ oleo radix eius: et fiat inde fomentum iuxta femur. Puluis etiā eius cū aceto ꝯmixtus cutē optime a sanie ⁊ scabie mūdificat. Albertus dicit qꝑ habet mirabilē virtutē in attrahē do spinas ⁊ alia carni infixa. Hoc idem dicit Auicen. Itē dicit qꝑ mū dificat sordes auris ⁊ cōfortat au ditū quādo ponit' in ipa cū melle. ⁊ prohibet saniē si generetur in ea. Et si liniatur sup splenem cū aceto confert valde. ⁊ rotonda in omni bus est fortior.

De abrotano.

Brotanum est herba cali da ⁊ hūida in primo gra du. Est subtiliatiua ⁊ a ꝑtiua valde. Eius em plastrū ꝓhibet attractionē materie rum ad mēbra. Itē ꝓhibet lapidē in renibus. et ꝓuocat mēstrua sedē do in eius decoctione. ⁊ ꝯfert vlce ribus eius. et eicit secūdinā ⁊ fetū. ⁊ confert coadunationi oris matri cis ⁊ aperit ipsum: ⁊ duricici eius bibitū confert: ⁊ more emplastri su perpositū. ⁊ ponitur ex eo vsqꝫ ad quinqꝫ dragmas.

De affodillis.

Affodilli centū capita et albuciū idē est. Calidū ⁊ siccū est i 2° gradu. fo lia e9 sunt similia foliis porri. Radix eius competit medici ne magis q̄ herba. et viridis meli9 est q̄ sicca. In radicibus eius iue niūtur quedā capita in modū testi culoꝝ. diureticam habet virtutē at trahendi ꝯsumendi ⁊ dissoluendi. Et valet ad ea ad que valet anetū ⁊ eodem modo. Itē valet contra maculas ⁊ omne viciū oculoꝝ hoc mō. accipe vnciā seis croci ⁊ vnci am vnā mirre: bulias i libra semis boni vini rubei ⁊ libra semis succi affodilloꝝ vsqꝫ ad medie ptis cō sumptionem. Vel ponat ad solē in vase eneo p tot dies qꝑ ad medi etatem deducat': miro mō prodest si tali collirio illiniātur oculi.

De acetosa.

Acetosa frigida ⁊ sicca ē in 2° gradu. In ipsa est stipticitas ⁊ superat cole ram ⁊ eius humor ē lau dabilis. Radix eius cū aceto con fert scabiei vlcerose ⁊ excoriationi inguinis ⁊ ex ea fit emplastrū scro phulis. ita qꝑ dicit' qꝑ si radix eius suspēdatur in collo hn̄tis eas iuue tur ea. Et ei9 decoctio cū aqua ca lida ꝯfert pruritui. ⁊ similiter ipsa in balneo est vtilis. ⁊ ꝯmedit' prop ter desiderium viri.

De blita.

Blita desiderat terrā pinguissimā humidā stercoratam ⁊ subactam vt optime proficiat. seritur ea que propter cibū queritur mēse decembris februarii ⁊ martii ꝑcipue: sed potest fere toto tempore seri: si terra inueniatur equalis. Et optime que spissa fuerit rarificet᷑ ⁊ alibi transplātatur cū aliquātulum creuerit: vt sit quinq᷒ vel quatuor foliorum: radicibus fimo recenti obductis. Et que īuenitur in loco vbi fiūt seminaria euulsa ⁊ satis areis plantet᷑ circa ip̄as ab vtraq᷒ parte sulcorū. Itē potest seminari in areis vbi sunt melones ⁊ citrulli et cucurbite cū incipiūt ramos extendere: siue sint ibi cepe siue non que remanebūt remotis melōibꝰ citrullis vel cucurbitis. Sarculāda ē sepe: ⁊ ab herbis inutilibus liberāda si p se sola fuerit. Sed blita que propter semīa colligēda seritur: optima erit si mēse serat᷑ augusti: deīn mense ianuarii p sulcos ortorū vel p areas transplātet᷑. hec enī postea meliora semina ferunt. Et nota ꝙ ex eodē semīe blite nascūt᷑ quedā nobiles: que p̄mo anno seīa nō ꝓducūt sed solū anno sequēti. ⁊ hec debēt propter esum seruari. Et quedā nascūt᷑ ignobiles que prima estate surgūt in stipitem ⁊ semē ꝓducūt. ⁊ hec dissipentur ex orto. Itē seri potest p se ⁊ cū aliis mixtim: q̄ remanebit ⁊ sarculabit᷑ remotis q̄si ceteris herbis. Eius semē p quatuor annoꝝ durat. Blita frigida ⁊ humida ē in 3° gradu. laudabiliter chimū generat. ventrē humectat. ⁊ cōuenit calidis natura vel accidentaliter calefactis. ⁊ sitim extinguit. Blita lendes ⁊ alias īmūdicias capitis ⁊ faciei maculas emendat. capillos repat capitis ⁊ cōseruat. malos humores nutrit si nimis sepe in vsu habeat᷑ vt dicit Dyascorides Aristoteles autē dicit ꝙ sup eiꝰ radicē sicut ⁊ sup caulē potest plātari surculus: qui tandē corroborata radice in arborē transmutatur.

De boragine.

Borago seritur mense augusti ⁊ septembris. ⁊ optime de mēse aprilis: vel sola ī areis vel circa nouellas areas aliaꝝ herbaꝝ. nec apte alio tēpe seri pt. ⁊ trāsplātat᷑ ꝯgrue fere toto tēpore anni. Semina eiꝰ colligūtur seminatura ne de siliq̄s suis cadant. ⁊ herba cū semibus p duos vel tres dies ponitur in aceruū. vt semina maturitatis recipiāt cōplementū. Et sup linteamīe ꝯcutitur: sup quo semē facillime cadit. aliter enī haberi nō possit. semen p duos ānos seruat᷑. Borago calida ⁊ humida est in p̄mo gradu. Habet aūt proprietatē leticiā generādi: si in vino missa potui detur. Cor etiā valde cōfortat. vnde valet cardiacis. Et in aqua cocta cū melle vel zucaro potui data: canales pulmonis ⁊ pectoris optīe mūdat. optimū sanguinē generat. Vñ valet ꝯualescētibus ex egritudine sincopizantibus cardiacis ⁊ melancolicis ꝯmesta cū carnibꝰ vel condita cū sanguīe. Cōtra syncopim detur syrupꝰ ex suco eius ⁊ sucaro factus. Contra cardiacam addat᷑

dicto syrupo puluis de corde cer
ui. Contra yctericiã cõmedatur fre
quenter cocta cũ carnib9. Itẽ su
co ei9 ⁊ scariole vtatur et plurimũ
confert.

De basilicon.

Basilicon idest ozimũ ca
lidũ ⁊ siccũ est in primo
gradu. Cuius tres sunt
species scilꝫ gariofilatũ
qđ habet minuta folia. ⁊ hoc maio
ris est efficacie. Item est beneuenta
nũ quod latissima habet folia. et ẽ
aliud quod mediocria habet folia
Hec herba ex aromaticitate habet
virtutẽ cõfortandi: ⁊ ex q̃litatibus
dissoluendi cõsumendi extergendi
⁊ mũdificãdi. Contra cardyacã
⁊ sincopim ipsius herbe decoctio de
tur cũ aqua rosarũ. Ad idem va
let vinũ in quo eadẽ herba ꝑ noctẽ
steterit: ⁊ si in ea cocta fuerit: tale
vinũ multũ cõfortatiuũ ⁊ aromati
cũ erit. ⁊ valet cõtra ꝑdicta: ⁊ cõtra
indigestionem et fluxũ ventris ex
frigiditate. Sed cõtra fluxũ valet
ꝑcipue si herba vel semen qđ meli9
est decoquat᷑ in aqua pluuiali cũ
modico acacie. et talis aqua detur
patienti. Item valet ad matricem
mũdificãdã. ⁊ mẽstrua ꝓuocãda.

De betonica.

Betonica calida ⁊ sicca ẽ
in quarto gradu. Folia
eius precipue cõpetũt v
sui medicĩe viridia ⁊ sic
ca. Ad dolorẽ capitis ex frigida
causa fiat gargarism9 ex colatura
coctionis eius cũ saxifragra in ace
to. Contra dolorẽ stomachi det᷑
decoctio eius in succo absinthii cũ
aqua calida. Ad matricẽ mũdifi
candã ⁊ cõceptum iuuãdũ: fiat fo
mentũ cũ aqua decoctionis eius:
fiat suppositoriũ etiã: et detur elec
tuariũ confortatiuũ ex puluere ei9
⁊ melle.

De branca vrsina.

Brãca vrsina calida ⁊ hũi
da ẽ i pͥo gradu. virtutẽ
hꝫ molliẽdi. Cõtra apos
temata frigida cõterant᷑ fo
lia ei9 cũ axũgia porcina veteri ⁊
supponat᷑. Cõtra viciũ splenis fi
at vnguẽtũ ex ea cõtrita diu in oleo
macerata ⁊ colature e9 addat᷑ cera.

De bistorta.

Bistorta ẽ radix cuiusdã
herbe simili noĩe appella
te. que frigida et sicca ẽ
i 2°gradu vel 3°. Virtu
tem habet cõstringendi cõsolidandi
⁊ cõfortandi. Contra vomitũ ex
debilitate vel feruore: puluis eius
cõficiatur cũ albumine oui: et sup
tegulã coquatur ⁊ detur patienti.
Contra dissinteriã det᷑ cũ suco plã
taginis. Ad menstrua cõstringenda
fiat fomentũ ex aqua decoctionis
eius ⁊ puluere eius.

De cucurbita.

Cucurbita desiderat terrã
pinguẽ bene subactã ster
coratam ⁊ hũidã. Planta
tur in fine aprilis ⁊ prin
cipio mai tribus vel q̃tuor pedib9
distantes hoc modo: bina grana si
mul mittãtur circa tres digitos in
terra. vt rami deorsum et acuitas

sursum maneat eleuata. sed p noctē anteq̄ plātēt' mittant' in vas aqua plenū. deinde grana eiciātur natā tia ⁊ plātent' alia que nō natant: in loco vbi ponātur misceatur cū ter ra letamen. nō plantētur in foueis ne pluuie aggregētur i eis ⁊ germē extinguāt. Cū vero nate fuerint ⁊ eleuate modicū super terrā sarcu lentur: ⁊ circa eas terra ponatur. et cū opus fuerit suauiter irrigentur. Et si plātate fuerint in modica ter ra mota: cū augeri incipiūt vniuer sa terra circa eas fodiat' ꝓfunde. vt radices possint extēdi p spacia diuersa Cū creuerint cooptura fiat desup ad modū vinee ad staturam hoīs: ⁊ rami foliati ponātur desup propter vmbrā: ⁊ sup ipsas cucur bitas propter calorē herba ponat': vt melius crescāt. vel sinātur ire p terrā earum vites si placuerit: cui multū ꝓderit vt multa ⁊ citius po ma faciant si ipsius capita pricipa liora ⁊ grossiora modicū in summi tate rumpātur: vt ramos faciant q poma ꝓducunt. Item inuētus est modus plantādi maturi⁹ cucurbi tas ⁊ melones: ⁊ habēdi maturius fructus parū ponatur de terra trita sup massam fimi calidi nup extrac ti de stabulis de mēse martii: et sup dicta terra plantent' semina. Hec cito nascent' propter fimū calidum stercoris. Et nata defendāt' i noc tib⁹ a pruinis cooptorio aliquo. et tempe quo pruina cadere destitit: statim cū modico illi⁹ terre et fimi transplātent' in loco vbi volueris eas esse. Que vero ꝓ semibus ser uare volueris: grossiora q̄ de pri mis nata fuerint vsq̄ ad hyemē in vite sua idurari dimitte. deide ad puū fumū suspende vbi semina op time seruabūtur. Et nota q̄ gros sicies appendiciū: futurā cucurbite magnitudinē indicat. ⁊ cū plātare volueris apias. ⁊ scias q̄ quāto in altiori loco in cucurbita semia fue rint: tanto longiores creabūtur Et quāto magis in pte inferiori fuerit tanto latiores cucurbite creabūtur Et nota q̄ semina predicto mō ser uata: p trienniū seruabūtur. Cucur bita frigida ⁊ hūida ē in 2° gradu. flegmaticū chimū generat. Unde competit calidis natura: et proprie colericis. nā ipsoꝝ calorē mitigat. ⁊ sitim extinguit ⁊ est eis optia Et maxime si cū coctanis aut malagra nati suco aut agresta aut aceto ma lorūgranatoꝝ detur. Flegmaticis aūt det' cū pipere sinapi vel menta ⁊ si in pasta iuoluta assetur: ⁊ suc⁹ in pasta inuētus potui detur: calorē febris mitigat: ⁊ sitim extiguit. In acutis febribus detur aqua ei⁹ vel syrupus ex ea factus. ⁊ ipsa cū car nib⁹ cocta colericis in estate ōfert. Sēia eius frigida et diuretica sunt propter subtilitatē substātie: ⁊ pre cipue opetūt medicinis. Cōtra opilationē epatis renū et vesice. et cōtra apostemata pectoris semina bene mūdata a corticib⁹ suis bene terātur: et i aqua ordei aliquātulū coquant': ⁊ aqua colata potui det' patienti. Si autē nō potest bibere talem aquā fiat ex ea syrup⁹ et de tur. Et nota q̄ maiorē habēt effi caciē si nō bulierit: sed ablactētur.

Sequitur aliud capitulū.
De cucumeribus ⁊ citrullis.

Ucumeres ⁊ citrulli desi derant eandē terrā cū cucurbita ⁊ eisdē mēsibus ⁊ eodēmō plantantur et circūfodiūtur. sed debēt habere meliora interualla ⁊ maiora. et postq̃ nati fuerint nō rigētur: quia irrigatione facile destruūtur. Et cū plātata fuerint eorꝫ semia: post sex vel octo dies ingrat' ne sint corrupta. quod scietur si dura sunt vel apiātur. qꝫ si mollia sunt nō sunt bona. Ideoq̃ loco ipsorꝫ alia sunt ponenda. ⁊ iterū post sex dies rimāda et alia ponēda si inueniāt' corrupta. Herbis iuuātur. ⁊ iō sarculis ⁊ trūcatione nō indigent. Si sēia ouino lacte ⁊ mulsa maceres: dulces nascunt' ⁊ candidi longi ⁊ teneri. Et si aquam in patēti vasculo sub eis ponas duobus palmis īferiorē: tales fiūt. vt Gargilius marcialis affirmat. Cucumeres ⁊ citrulli frigidi sunt ⁊ humidi in 2° gradu. Et sunt valde indigestibiles. ⁊ citrulli deteriores sunt cucumeribus. et in vtroq̃ pars exterior est durissima ad digerendū. sed medulla ipsorū pfectiorē generat chimū habētibus calidū et fortē stomachum. et exercitantibus in estate ꝯferunt cū substantia sua. Fleumaticis vero et ociosis nocent multū: et specialiter stomacho ⁊ neruositati eius. sed aqua siue sucus ipsorū cōfert febricitātibus ⁊ sitim sedat. Nō comedūtur cocti sed crudi tantū. sed cucurbite cocte solūmodo comedūt'. Citrulli quāto minores teneriores ⁊ viridiores seu acriores sunt tāto meliores. nec boni sunt postq̃ eorū substantia ad duriciē ⁊ color ad citrinitatē accedit. sꝫ cucumeres meliores sunt cū maturi existūt. qđ ꝯgnoscitur cum molles sunt et fiunt leuiores.

De caulibus.

Aules in omni aere proueniūt: ⁊ desiderāt terrā pinguē stercoratam et pfūde fossam. ⁊ amāt potiꝰ terrā mediocrem q̃ sabulū aut cretam. Cauliū quidā habent folia plana lata et grossa. et hi omuniter habētur in ptibus nostris. Et quidā hn̄t folia crispissima. et hi licet sint boni: sunt tamē minꝰ mūdi: propter erucas et alios vermes qui nimis occultantur in eis. Sūt etiā qdā caules habētes folia magna ⁊ subtilia: ⁊ aliquātulū crispa p totū: qui caules romani dicūtur. ⁊ hi meliores sunt omnibus magisq̃ coquibiles: si terrā valde piguem habuerit. nā in macra non sunt aliis meliores. Seiari possunt ⁊ trāsplātari toto tempe anni: quo terra non fuerit cōgelata: aut adeo sicca qꝫ coli nō possit. ⁊ durāt eorū semina p quatuor ānos. Et qui serūt' de mēse februarii ⁊ martii decēbris ⁊ aprilis ⁊ mai: habētur tota estate et hyeme donec pruinis et frigore destruāt'. qꝫ si stipites eorꝫ nō euellantur: in vere producūt semina q̃ cū matura fuerint colligūtur. Verūptamē si pluries auferant' ab eis ramusculi seminū cū nascuntur ita qꝫ materia seminis ꝯsumat': vincūtur. ⁊ postea folia pulcra pducūt. ⁊ p ānos plures eorꝫ vita durabit. Quidam tamen nimis facile semia pducūt: et hi nō possunt sic facile

seruari. Alii sunt qui non sic faci le semina proferūt. ⁊ his proprie ꝯ petit hec cautela. Et qui seminātur p⁹ mediū augusti vsq ad octo di es intrāte septēbri: deide trāsplātā tur de mēse septēbris vel octobris cū aliquātulū creuerint. erunt mag ni ⁊ pulchri in q̄dragesima sequen ti ⁊ post ipam. ⁊ seia nō producūt. et gelu ⁊ pruinā hyemis non time bunt. Si vero ante dictū tempus serant᷑: semina producēt in quadra gesima. ⁊ esui non ꝯuenīētes erūt. Qꝫ si post dictū serātur temp⁹: ni mis teneri ⁊ debiles erūt. ⁊ veniēte frigore hyemis nō durabūt. ⁊ hoc in ptibus tuscie ⁊ bonoñ ē ꝓbatū. Spissi valde seri possunt ⁊ irriga ri: si tēpus fuerit nimie siccitatis. Et nota ꝙ cauliū semina per decē annos dicūtur posse seruari. Cum vero plantātur in foramie cū palo facto. āputent᷑ summitates radicū. ne cū ponūtur sursum plicētur: qd̄ eis magnū nocumentum afferret. Et nota ꝙ ponēde sunt plante icre mēti maioris: quia licet serius cōp hendāt: tamē fortiores fient. nec est necesse ꝙ fango vel molli letamine radices liniant᷑. nec ꝙ terra sit mol lis: nā ⁊ i mediocriter sicca plātati viuūt: lꝫ arescāt folia donec veien te pluuia pria ꝯfortabit᷑ vigor eoꝝ Et nō solū caules mēse martii vel aprilis plantati: sed etiā qui Junii vel Julii vel Augusti mēse plantā t᷑ erūt in hyeme magni. Plātantur aūt soli in loco vbi nihil aliud est. ⁊ optime similiter p sulcos ōnium herbaꝝ ⁊ ceparū alleoꝝ scilicet vna acies p sulcū vel due: vna scilicet a qualibet ripa sulci: p vnū brachi um vel min⁹ abiuicē separati. Sed quanto rariores plantantur tanto maiores efficiūtur. ⁊ q nāto spissio res tanto minores. Jtem caules quos diximus pro quadragesima esse plantādos: optime plantantur inter magnos caules in duplo spis siores ꝙ̄ ipsi magni sint: pri⁹ optīe culta terra et q̄si in puluerē redac ta. q remanebūt maiorib⁹ resecatis ⁊ poterūt rarificari vt magni fiāt. ⁊ durēt p totū annū. nam illa esta te semina nō producent. Jtē plāta ri possunt p agros inter miliū pani cū ⁊ fabas. ⁊ p sulcos frumēti ⁊ ali orum granatoꝝ. ⁊ inter cicera et in sulcis melonū ⁊ cucumerū. Jtē plā tari possunt in vineis. ⁊ in eis bene proueniūt. sed eas maxime ledūt. Comptum est enī caulē esse īimicū vitis. ⁊ debilitare plurimū ⁊ adure re vitē si fuerint circa ipsam. Jtē caue cū caulem plātas ne tantū ter re submergas: ꝙ summitas stpitis plantule nō remaneat supra terrā. quia statim plāta periret. Caules sarculādi sunt ⁊ ab herbis iutilib⁹ liberandi. Et cū post intēsam sicci tatem estatis veniūt pluuie quib⁹ renouari sperātur: auferant᷑ ab eis folia inutilia que sicca fuerūt vel forata. Caulis frigidus ⁊ siccus est in primo gradu. Sed auicen. di cit ꝙ est siccus in 2°. turbidū et me lancolicū generat sanguinē: ⁊ eius nutrimētū est paruū. Cū vero co quitur cū carne pigui aut gallinis fit bonus parū. Jus eoꝝ ventrem humectat. ⁊ vrinā prouocat. Eorū vero corpus est siccū: vnde ē con stipatiuū. sunt ergo simul recepti i hac actione tempati. sed solum ius

datum soluit. ꝛ substātia sola cōsti pat. Nocumentū eorū aufertur si elixēt: ꝛ aqua ꝓiecta coquātur in alia cū pingui carne pecudum aut suis. ꝛ cū pipere vel cimino ꝛ alleo dentur. Auicen. dicit ꝙ eiꝰ decoc tio ꝛ semen tardāt ebrietatē. Et ex ꝓprietatibus eius ē exsiccatio lin gue. ꝛ facit somnū. ꝛ omestio eius clarificat vocem. Galienus dicit ꝙ si caules assati dētur pueris ad comedēdum: faciūt eos citius am bulare. Pliniꝰ dicit ꝙ folia cauli ū mirabiliter sanāt vulnera canū. Itē dicit ꝙ caulis parū coctus sol uit ventrem: ꝛ multū coctus strigit eum. Itē dicit ꝙ caulis confortat neruos. vnde valet paliticis et tre mulosis. lactis vbertatem prebet. Et eiꝰ sucus valet cōtra venenū. ꝛ contra morsum canis rabidi.

De cepe.

minis ⁊ malue valet contra tussim
siccam. ɔfert etiam ethicis. semina
etiam saccellata in oleo decocta du
riciem soluunt ⁊ mūdificant. Ysi
dorus p̄terea ⁊ Plinius dicūt: q̄ si
aliquis se inunxerit suco malue ad
mixto cū oleo. a puncturis apū le
di non poterit. nec patietur in mem
bris inunctis puncturā. neq; mor
sum scorpionis: nec etiam aranee.

De menta

Menta calida est ⁊ sicca ī
2° gradu. Cui9 tres sunt
species. Est enim que
dam domestica que pro
prie ortulana dicitur: ⁊ hec medio
criter calefacit ⁊ confortat. Et est
alia siluestris que mentastrum dici
tur: ⁊ magis calefacit. ⁊ est mēta q̄
lōgiora ⁊ latiora habet folia ⁊ acu
tiora: ⁊ hec mēta romana vel sarra
cenica ⁊ vulgariter herba sancte ma
rie vocatur: ⁊ hec magis diuretica
est q̄ alie. Menta domestica ē her
ba facile se multiplicans: ⁊ cito de
terra pullulās ⁊ ascēdens. ⁊ cū has
tula in terrā reflexa: ⁊ cū ab humo
tecta fuerit: cōuertit' in radicem. et
cito ex se nouā producit prolē. hec
esui magis q̄ medicine competit.
⁊ viridis ⁊ exsiccata magne est effi
cacie. Deb; aūt exsiccari ī loco vm
broso. ⁊ p annū in multa efficacia
seruatur. Virtutem habet dissol
uendi ex propriis qualitatib9: ⁊ ɔ
fortandi ex aromaticitate. Cōtra
fetorem oris et putredinē gingiua
rum ⁊ dentiū: abluat' os ⁊ gingiue
ex aceto decoctiōis mēte ortulane.
Deinde fricent' ex puluere mēte sic
ce vel cū menta sicca. Ad appetitū
confortandum quando impeditur
ex frigidis humorib9 in ore stoma
chi existentibus: fiat salsamentū ex
aceto et menta et modico cynamo
mo seu etiā pipere. Cōtra vomi
tum ex debilitate virtutis cōtētiue
factū vel ex frigida causa: fiat de
coctio mente in aqua salmarina ⁊ a
ceto: et spongia intincta ori stoma
chi superponat'. ⁊ etiā ipam mentā
coctam patiens comedat. Contra
sincopi ex debilitate in febre ⁊ sine
febre siue ex materia siue ex q̄cunq;
causa: conterat' mēta cū aceto ⁊ mo
dico vino si sit sine febre. si cum fe
bre cū solo aceto: ⁊ in eo pone panē
assum ⁊ aliquantulū dimittatur vt
humectetur ⁊ applicetur naribus.
⁊ ex eo fricentur labia dētes gingi
ue ⁊ timpora. et ligetur sup venas
pulsatiles timporū ⁊ brachiorum.
Patiēs masticet etiā ⁊ hūorositatē

trāſglutiat. Cōtra coagulationē lac
tis: faſciculi coquantur in vino ꝛ o
leo: ꝛ mamillis cathaplaſment᷑. Et
nota ꝙ cum aliqua medicina dat᷑
contra venenū: debet dari cū ſuco
mente vel cū vino decoctionis eiꝰ
ſi nō habeas ſucū. Contra venenū
ſolus ſucus mēte romane: vel vinū
decoctionis vel ſucus cū melle cō
mixtus valet. Item valet ↄtra opi
lationē ſplenis ꝛ epatis et viarum
vrinaliū ex frigido hūore: ꝛ ex cali
do ſine febre. Sucus etiā eius cū
melle lumbricos interficit. auribus
inſtillatꝰ vermes necat. decocta in
vino ꝛ oleo herba ipſa et cathaplaſ
mata ſclireſim ſoluit apoſtematum
frigidoꝝ. Mentaſtrū ꝛ ſaluia deco
quātur in vino: ꝛ detur patienti cō
tra frigidam tuſſim vinū decoctio
nis ipoꝝ. Itē eius fomētum infri
gidatam matricē calefacit et mūdi
ficat. ſaccellatio facta ex puluere
eius: frigidū reuma capitis ↄſtrin
git. Romana menta pro ortulana
etiam poni poteſt.

De mandragora.

Mandragora frigida ꝛ ſic
ca eſt. ſed eius exceſſus
non determinat᷑ ab auto
ribus. Cuius due ſunt
ſpecies ſcilꝫ maſculus ꝛ femina: ſꝫ
vtraqꝫ idifferēter vtimur. Et qdā
vt Auicen. et alii dicūt feminā eſſe
formatā ad modū femine: maſculū
ad modū viri. quod falſum eſt. ſꝫ
maſculus habet folia longiora ꝛ fe
mina latiora. Quidā tamē opan
tur tales inſiciones vt decipiāt mu
lieres. Radicū autē cortices princi
paliter competūt vſui medicine. 2°
poma. 3° folia. Cortex radicis col
lectus ꝑ quatuor ānos ſeruatur in
multa efficacia. Virtutem habꝫ cō
ſtringēdi infrigidandi ꝛ emotho y
cam ideſt ſomniferā. In acutis fe
bribꝰ ad ſomni prouocationē pul
uis corticis eius conficiat᷑ cū lacte
mulieris puellā nutriētis ꝛ albumi
ne oui: ꝛ imponatur frōti ꝛ timpo
ribus. Contra dolorē capitis ex
caliditate: folia ipſius trita ſup tim
pora ponātur. inūguātur etiā oleo
mādragorato: quod ſic fit. Poma
mandragore trita in oleo comuni
diu macerētur: poſtea fiat aliquan
tula decoctio ꝛ colet᷑: ꝛ illud poſte
a erit oleū mandragoratū. qđ valꝫ
ad ſomnū prouocandū. ꝛ dolorem
capitis ex caliditate ſi frons ꝛ tim
pora inūguātur: ꝛ calorē febrilē re
primit. Item ipm oleū repcutit ma
teriam apoſtematū calidorū in pri
cipio. fructus etiā vel folia catha
plaſmant᷑ ſupra: vel ſaltem puluis
eius cū ſuco alicuiꝰ herbe. Contra
fluxum vētris ex impetu colere: ex
ꝑdicto oleo venter ꝛ tota ſpina vn
guatur. ꝛ iniciatur modicum cū ali
quo leui cliſteri. Auicen. dicit: ꝙ
macule fricate cū foliis eius delen
tur. ꝛ de lacte eius delentur lentigi
nes. Item ſtatim facit ſomnū: ꝛ po
ſita in vino inebriat vehementer.
Cura autē eoꝝ ꝛ omniū nocumēto
rum mandragore: eſt cū butiro mel
le ꝛ vomitu. Item nota ꝙ publice
predicat᷑ mādragorā habere virtu
tē impregnādi mulieres ſteriles ſi
ex ea comedant. Quod veꝝ nō ē ni
ſi forſan comedāt: cū ſterilitas eēt
ex ſupflua matricis caliditate. tūc
eni reduceretur ad tempamentum

matrix: vt semen viri non adura
tur in ea .

De meu .

Eu calidū ⁊ siccum ē in
2° gradu. Herba est cui9
semen simili nōīe appel
lat'. que pcipue medici
ne opetit. Per duos annos potest
seruari. Virtutē habet diureticā ex
subtili substātia sua. Vinū vel aq̄
decoctionis eius valet cōtra opila
tionem splenis ⁊ epatis ex frigida
causa. ⁊ strāguriā dissoluit. Aqua
vero cōpetētius dari potest in esta
te: ⁊ iuuenibus vinū in hyeme ⁊ se
nibus. Puluis meu cū semine feni
culi in cibo vel potu datus: vento
sitatem itestinoꝝ ⁊ stomachi exclu
dit. ⁊ digestionē confortat .

De marubio .

Arubium calidū ⁊ siccū
est ī 3° gradu. quod alio
nomine dicitur prassiū.
Folia ei9 pcipue opetūt
medicine. 2° radices ⁊ cortices. Her
ba suspēsa in vmbroso loco p annū
seruat'. Virtutē habet osumendi ⁊
dissoluēdi ex q̄litatibus ⁊ apiendi
ex amaritudine. Cōtra viciū pec
toris scilꝫ asma ex frigido et visco
so hūore: detur dyaprassiū. vel fi
at electuariū ex vna pte suci ⁊ quī
ta mellis dispumati: ⁊ fiat decoctio
aliquantula vsq ad spissitudinē:
⁊ postea ponatur puluis dragāti ⁊
gummi arabici ⁊ liquiricie: qd̄ erit
optimū contra viciū pectoris. vel
saltē puluis eius cōficiatur cū mel
le dispumato addito puluere liqui
ricie. Cōtra tussim: valet decoctio
eius ⁊ ficuū siccaꝝ. Contra strāgu
riam ⁊ dissinteriam: detur vinū de
coctionis eius ⁊ ficuū siccarū. Fiat
etiā emplastrū ex ipa herba cocta ī
vino ⁊ oleo: supra renes ⁊ pectinē.
Item valet cōtra colicā ex frigida
causa. Contra emoroydas īflatas
⁊ influentes: fiat encacisma ex aq̄
salsa ⁊ vino decoctionis ei9. ⁊ pos
tea fiat suppositoriū ex puluere e9
cōfecto cū melle. vel fiat decoctio
pulueris vel suci eius cū oleo mus
celino: ⁊ bombix intincta suppona
tur. Cōtra lumbricos detur pul
uis eius confectus cū melle. cōtra
vermes auriū sucus eius auribus
iniciatur. Contra splenis viciū:
cortices cū ipsa herba macerent' p
xv. dies in vino ⁊ oleo: postmodū
fiat decoctio et coletur et colature
addat' cera ⁊ oleū: ⁊ fiat vnguētū.

De maiorana .

Aiorana calida ⁊ sicca ē
in 2° gradu. Alio nomīe
dicitur esbriū. cui9 flos
⁊ folia cōpetūt medicīe.
Colligitur in estate cū floribus: et
in vmbroso loco siccatur: ⁊ p annū
seruatur. Virtutem habet cōfortan
di ex aromaticitate. dissoluendi ⁊
osumendi ex qualitatibus. ⁊ etiam
mundificandi. Puluis maiorane
in cibo datus vel vinū decoctionis
eius: stomachū infrigidatū calefa
cit ⁊ digestionē confortat. Flores
⁊ folia in testa calefacta ⁊ in saccel
lo posita ⁊ loco dolēti superposita:
dolorem ex vētositate prouenientē
soluūt. Item capiti superposita:
valet contra reuma capitis. Item
nota ꝙ mures libenter insidiantur

radicibus eius : inde medicinam querentes .

De napo .

Napus ōnem fere aerē patitur. Terram desiderat pinguem: ⁊ in solo sicco ⁊ tenui ⁊ denso ⁊ fabuloso melius nascitur. Loci proprietas napū in rapam ⁊ ecōuerso trāsmutat. sed vt optime ꝓficiat subactum solū stercoratū ⁊ versatū q̄rit. ⁊ in illis locis optie ꝓuenit ī q̄bus segetes eo anno fuerunt . Si spissi sunt nimis: interuelles aliquos vt alii roborent̄: quos in locis vacuis transferre poteris . Serunt̄ circa finem Julii: ⁊ toto tempore mēsis Augusti. si pluuie desunt: irrigatione iuuentur. Possunt etiā comode seri inter milium ⁊ panicū maxime serotinū. ī secūda sarculatione ipius iuuatur napus ⁊ rapa. Ex napis nobilioris saporis sunt illi : q sunt longi ⁊ fere rugosi. nō grossi nec multas radices habētes: sꝫ vnā tantū acutam ⁊ rectā . Ex napis fiūt optima cōposita cū raphano ⁊ modico sale aceto melle ⁊ sinapi et speciebus odoriferis. ⁊ sine spēbus possunt fieri satis bona. Calidi sunt in 2° gradu. ⁊ multū nutriunt: sed dure digerūtur. mollem ⁊ inflatam minus tamē q̄ rape faciūt carnem. qui si aqua coquātur ⁊ illa reiecta recoquāt̄ ī alia: duricies sue substantie temperat̄. ⁊ mediocriter inter bonū ⁊ malū generāt nutrimētum. Qui bene cocti non sunt: difficile digeruntur. ventositatē faciūt. ⁊ in venis ⁊ poris opilationē. Jdcirco vtiles sunt si bis coquātur: ⁊ vtraq̄ aqua ꝓiecta: in alia recoquātur cum pinguissima carne .

De nasturcio .

Nasturcium calidū et siccum ē in quarto gradu. Semē eius precipue cōpetit medicine. p quinq̄ annos seruat̄. Herba etiā viridis multe ē efficacie. sicca modice. Virtutem habet cōsumendi ⁊ dissoluēdi ex qualitatibus suis. Cōtra paralesim lingue cū opilātur nerui et replentur ex hūiditatibus: vt accidere solet in acutis febribus: semē nasturcii masticetur ⁊ superponat̄ lingue . Contra paralesim alioꝝ membroꝝ: semē nasturcii in saccello positū ⁊ in vino decoctū mēbro dolenti superpositū valet. ipa etiā herba decocta cū carnibus ⁊ comesta valet . Contra humiditatē superfluam cerebri vt in litargia: prouocet̄ sternutatio ex puluere semis nasturcii narib⁹ apposito. Cōtra relaxationē vue: fiat gargarismus ex aceto decoctionis eius ⁊ ficuum siccarum . Cōtra yliacā passionē ⁊ colicā ex frigida causa: semen ei⁹ in saccello positū ⁊ in vino decoctū superponatur. Ad idem valꝫ ⁊ ad stranguriā: herba ipa decocta in vino ⁊ oleo superposita . Contra tenasmon ex humore conglutinoso cum anus tumet: pluries superponatur ano. Renes etiam inūguantur melle et superspergatur pulnis seminis ei⁹ et cimini ⁊ colofonie .

Sequitur aliud capitulum .

De nenufare .

Enufar est frigidum et humidū i 2° gradu. Herba est lata habēs folia q̄ in aquosis inuenitur locis. Cui9 duplex ē maneries: vna purpureos habēs flores: ⁊ alia croceos que non est adeo bona. Flos competit vsui medicine. In Septembri colligitur. ⁊ per duos annos in multa efficacia conseruatur. Ex floribus fit syrupus precipue cōtra acutas febres. ⁊ pro distēperato in caliditate: flores decoquātur in aqua addito zucaro ⁊ fiat syrup9

Cōtra dolorē capitis ex caliditate: sarraceni ponūt in aqua p noctē vnam: ⁊ mane talem aquā cū floribus naribus applicant.

De napello.

Napellus ē napo marinus in litore maris crescens. ⁊ est venenū pessimum ⁊ pniciosum. quod in summo caliditatis ⁊ siccitatis est. Linitum delet maculas cutis. ⁊ cū in potu ponit' rectificatū studio medicine valet contra lepram. Est autē venenū homini bibenti vltra vnciam dimidiā: ⁊ minus hoc interficit hoīēm. Et quod miraculosum est: est quidam mus qui pascitur ⁊ inuenitur iuxta ip̄m. ⁊ ille mus est tyriaca contra venenū ip̄ius napelli.

De nigella.

Nigella calida ⁊ sicca est in tertio gradu. Semen est cuiusdā herbe que in locis paludosis et inter frumentū repitur. Semen p decem annos seruatur. Est aūt rotondū ⁊ planum subrufum ⁊ subamarū. Unde habet virtutem diureticā ex amaritudine. dissoluēdi ⁊ cōsumēdi ex suis qualitatib9. Emplastrū factum ex farina nigelle ⁊ suco absinthii circa vmbilicū et precipue pueris: lūbricos necat. Maiorib9 conficiatur cū melle ⁊ detur farina nigelle facto cū aceto tepido et aurib9 insufflato vermes necat. Unguētum nigelle: in multa quātitate fiat decoctio in forti aceto vsq3 ad cōsumptionē ⁊ aliquātulā spissitudinem: ⁊ tunc addito oleo fiat q̄si vnguentum quod optimum est ad scabiē. ⁊ impetiginē de facile tollit.

De origano.

Origanū calidū ⁊ siccum est in 2° gradu. Alio nomine dicitur golena. Cuius duplex est maneries scil3 origanum agreste qd̄ latiora h3 folia: ⁊ forti9 operat'. ⁊ ē domesticum quod in ortis repitur: ⁊ minora hab3 folia ⁊ suaui9 opatur. qd̄ in medicinis ponitur. Colligitur aūt in tempore productionis florū ⁊ in vmbra suspenditur ⁊ siccatur. ⁊ folia cū floribus debent in medicinis poni abiectis stipitib9. p annum seruatur. Virtutē habet dissoluendi consumēdi ⁊ attrahendi. Contra frigidū reuma capitis: folia cū floribus in testa sine liquore bene calefacta in saccello ponant': ⁊ saccellū capiti superponat'. ⁊ patiens bene cooperiat' pannis vt caput sudet. vinū decoctionis gargarizatum: gingiuarū ⁊ fauciū consumit humiditatem. Cōtra frigidū asma detur vinū decoctionis eius

⁊ ficuū siccarū. vel puluis eius cū melle siccatus ⁊ cōfectus: detur cū aqua calida. Vinū decoctionis eꝰ digestionē cōfortat: dolorē stomachi ⁊ intestinorū excludit. Item fasciculi facti ex herba eius decocti in vino ⁊ renibus suppositi: stranguriam ⁊ dissinteriam soluūt.

De porris.

Porri sustinēt fere omnē aerem. ⁊ terrā desiderant mediocriter solutam vt optime proficiāt. ⁊ pinguem ⁊ stercoratam. Seruntur aūt in locis calidis ⁊ tēperamento ꝓximis de mēse Decembris. In temperatis ⁊ frigidis de mense Ianuarii Februarii ⁊ Martii cū terra fuerit ad equalitatē redacta. Hec autē satio fit aut sola aut cū aliis herbis mixtim: in terra optime culta ⁊ desuper letamine coopta. Hec semina sunt spisse spergēda: deide euellūtur primo grossiores porrine. nec aufertur aliquid de suis radicibꝰ cū sulcis plantantur. sed quādo cū palo debent plātari: abscindūtur radices quasi vsq̄ ad ipam porrinā ⁊ summitas foliorū. Et plantatur de mēse Aprilis ⁊ Mai ⁊ p totū mēsem Iunii. sed ⁊ plātari pñt de mēse Iulii Augusti Septēbris et Octobris: ⁊ erūt vtiles in sequenti mēse Martii ⁊ Aprilis. nec in plantatione porrorū querenda est mollis terra: sed mediocris ē optima. ⁊ satis bona est illa que fuerit sicca fere. Fit autē duobus modis porrorum plātatio. vno mō sulcis: vt Bononie moris est. ut scilꝫ p vnā completā spannā vnꝰ sulcꝰ ab altero distet: ⁊ porri sint abinuicem in sulco iacētes positi quaternis separati digitis. ⁊ cū fit sequens sulcus: terra trahitur sup poros ⁊ pedibꝰ suauiter cōculcatur. Secūdo autem mō plātantur palo scilꝫ vt optime pastinatis ⁊ dispositis areis: fiant foramina cū palo grosso fere vt lancea ⁊ cōcaua per vnā spannā ⁊ vltra vno semisse distātia: in quibus ponūtur ꝑparate porrecte. nec foramina replētur aut quicq̄ terre in eis ponitᷣ: sꝫ elapsis tribus septimanis cum herba in eis nascitᷣ sarculantur: ⁊ herbis mūdantᷣ. Et fertur φ porri sic plātati sint meliores aliis. nec possunt facile furti euelli sed hic modus laboriosus existit. Item hoc modo plātantur optime iter cepas iā q̄si grossas. ⁊ euulsis cepis sarculantur: ⁊ inueniūtur optime prouenire. Cū euellūtur: aliq in vno loco relinquūtur ⁊ pro seminibus reseruātur. Cuiꝰ quidē semina possunt per trienniū illesa seruari suspensa. Calidū ⁊ siccum est in 3° gradu. secundū cibū illaudabile est. nocet eni stomacho faciens inflationē ac vētositatem. ⁊ cū sui acumine neruos eius mordet. Hꝫ etiā ꝓprietatē faciēdi fumū nigrū melācolie ptinētem: qui ad caput saliens visui tenebrositatē facit: atq̄ somnia terribilia et timorosa inducit. Vnde caueant ab ipo colerici maniaci ⁊ opilationem in capite habentes. Sed diligentes eosdem comedere: accipiant post eas lactucas ⁊ portulacas endiuias ⁊ similia: vt eoꝝ calor temperetur. ab istis autem elixentur aut ter lauentur et esui postmodū dentur. Valent tñ

T[illegible]

secundum medicinam. Crudi enī comesti canales pulmonis de grossis mundificat humoribus. ⁊ opilationē epatis apiūt. Item sucus porri cū aceto oleo ⁊ thure narib9 missus: sanguinē ex eis fluentē stringit: eis scilicꝫ qui frigide sunt nature. Item in aure distillatus dolorem de frigiditate ⁊ hūiditate factum placat. Item porꝝ crudum cathaplasmatū sup morsum serpentū bene prodest. Item coctū ⁊ cū oleo sisanicleo vel amigdalo conditū: venerem suscitat. Plini9 aūt dicit: ꝙ porrum contritū cū melle emplastratū sup vulnera sanat ea. Cū vino bibitus sucus lumborum dolorē soluit. cū sale mixtum vulnera cito claudit ⁊ sanat. duricies relaxat et rupturas cito cōsolidat. Itē porrum crudū valet contra ebrietatem: ⁊ stimulat venerem Item solo odore fugat serpētes ⁊ scorpiones. Item valet contra dentiū dolorē ⁊ eoꝝ interficit vermes. sed aciē oculorū hebetat: stomachū grauat: sitī creat: sanguinē incēdit ⁊ inflāmat: si ex eo nimiū comedatur. Semen porri sicci9 est ⁊ fortioris actiōis. de quo tres dragme potui date cū duabus seminis allei: mire sanguinem de pectore screantibus fluentē stringit.

De papauere

Papauer serit' mēse Septembris in locis calidis ⁊ siccis. Tempatis vero ⁊ frigidis: mense Januarii Februarii Martii ⁊ Nouēbris. Potest etiā cum aliis herbis seri. ⁊ est frigidū ⁊ siccū in primo gradu. Cuius duplex ē maneries albū scilicet ⁊ nigrum. Albū frigidū est et humidū. nigrum frigidū ⁊ siccum ⁊ magis mortificat. Semē eius collectū per. x. annos seruatur. Virtutem habet inducēdi somnū leniēdi ⁊ mortificandi. Ad somnū prouocandū: fiat emplastrū ex semine vtriusqꝫ vel alterius cū lacte mulieris ⁊ albumine oui circa timpora.

Mulieres salernitane dāt pueris puluerē seminis papaueris albi cū proprio lacte. Semen autē papaueris nigri nō debet dari: quia magis mortificat. Contra calida apostemata in principio. ⁊ cōtra calefactionem epatis: semē papaueris vel ipsa herba trita conficiat' cū oleo rosaceo ⁊ superponatur. Contra siccitatem mēbrorū vt est in ethica ⁊ in aliis infirmitatibus. oleū violaceū calefacit aliquātulum. ⁊ puluis papaueris albi ɔficiatur cū eo ⁊ inūguatur spina p totū. Ad idē contra siccitatem pectoris multum valꝫ dyapapauer quod ex eo principaliter fit. Dicit autē Plinius Dyascorides ⁊ Macer: ꝙ ex suco foliorū ⁊ capitelloꝝ eius fit opiū. Vnde somn9 febricitantiū prouocatur. quod cū cautela dari debet: quia multū opilat ifrigidat ⁊ mortificat. ⁊ maxime nigrū papauer.

De pencedano.

Pencedanus est herba q̄ alio nomie dicit' feniculus porcin9: que calida ē ⁊ sicca. Et vinū decoctionis eius valet cōtra stranguriā dissinteriā opilationem splenis et epatis. Herba etiā eius decocta in

vino ⁊ oleo: ⁊ cathaplasmata sple
ni ⁊ epati: duriciē eoꝝ remollit.
Cōtra frigidos humores in spūali
bus existentes: detur aqua decocti
onis eiꝰ ⁊ ordei. ⁊ si sint multū fri
gidi detur vinū decoctionis eius ⁊
suci liquiricie.

De petrosillino.

Petrosillinum seri potest
de mense Decembris Fe
bruarii Martii et Apri
lis. ⁊ transplantari fere
toto tempore anni solum ⁊ cū aliis
herbis simul. Semina eiꝰ p quinqꝫ
annos seruari possunt. Est autē
calidū ⁊ siccum in 2° gradu. Diure
ticū ē ⁊ incidens: vrinā ⁊ menstrua
prouocans. vētositatem ⁊ inflatio
nem dissoluēs. ⁊ precipue semē eiꝰ
Galienus dicit: q cathaplasmatū
sup pustulas scabiem ⁊ morpheam
mire mūdificat. Unde ꝯfert ydro
picis ⁊ piodicā febrem patientibꝰ.
Renū dolorē ac vesice placat: quia
corporis poros viasqꝫ rarificat. et
hūores extenuādo cū sudore ꝓicit
et vrinam. Epar ⁊ vulnera mūdifi
cat: opilationē eoꝝ aperit. ⁊ aposte
mata eoꝝ curat: maxime que sunt
in renibus. Vētositatem colice pas
sionis dissoluit. Pistatū ⁊ i vulua
imissum mēstrua ꝓuocat. secūdinā
⁊ mortuū fetum educit ⁊ expellit.
quo etiā potui dato mūdificatˀ fetꝰ
ab humoribus grossis ⁊ viscosis.

De psillio.

Psillium frigidū ⁊ humi
dum ē in quarto gradu.
Herba ē cuiꝰ semē simili
noīe appellatur. qđ semē
in medicinis debet poni. In estate
colligitur. p duos annos seruatur.
Habet aūt virtutem infrigidandi
⁊ humectandi. Cōtra ariditatē lin
gue in acutis febribus. semē in sub
tilissimo panno ligetur: ⁊ in aqua i
fundatur ⁊ cū tali aqua illiniatˀ lin
gua. prius tamē abrasa cū cultello
ligneo. Contra siccitatē spiritualiū
⁊ ꝯstrictionē vētris in acutis febri
bus: ponatˀ psilliū in aqua ⁊ dimit
tatˀ aliquantulū. deinde aqua illa e
iecta psilliū detur cū frigida. In
syrupo etiā cōtra acutas febres cō
petenter psillium ponitur. ⁊ multa
fiat decoctio postqꝫ gutta adheret
cacie: que cito adheret propter vis
cositatē ipiꝰ psillii. Cōtra dissin
teriam cōburatur in aliqua testa: ⁊
puluis inde factus cū ouo sorbili
vel melius cū aqua rosata detur si
fiat supioꝝ intestinoꝝ vicio. si vero
fiat vicio itestinorum inferiorū cū
anathasia puluis eiꝰ superponatˀ.
Ad idem fiat emplastrum ex pul
uere eius albumine oui ⁊ modico
aceto ⁊ aqua rosacea sup pectinem
⁊ renes. vel sup vmbilicū si fit vi
cio supioris. Contra fluxum san
guinis ex naribꝰ: valꝫ idē ēplastꝝ
super frōtem ⁊ timpora positū. vel
stuellū factū ex puluere eiꝰ ⁊ suco
sanguinarie naribus imittatˀ. Cō
tra calida apostemata: saccellꝰ ple
nus ex semine psillii ⁊ alicuiꝰ aliꝰ
herbe sepius superponatˀ. Cōtra
asperitatē capillorū: lauetur caput
ex aqua decoctionis psillii. Item
sua frigiditate ⁊ humiditate cōser
uāt camphoram. quia cāphora ni
mis est subtilis substantie.

7

De plantagine.

Lantago que lingua arietis vocatur: frigida est et sicca. folia eius sicca consolidant optime vulnera et vlcera. et ad hoc nihil est melius ea vt dicit Dyascorides. Et mirabile videtur: quod si bibatur sucus trium radicum eius cum tribus vntiis vini: aliquando curat tertianam. et si quatuor radicum sucus cum quatuor vntiis vini bibatur: aliquando curat quartanam. Item dicit Dyascorides quod sanat vulnera canis rabidi. ydropicos iuuat. veneno repugnat. eius sucus lubricos necat. Et vehementer solutionem ventris mitigat. Menstrua constringit. et tumores apostematum in principio repercutit et dissipat. gingiuas tumidas et sanguineas reprimit et sanat.

De polipodio.

Olipodium calidum est in quarto gradu. siccum in 2°. Herba est similis filici: que crescit super quercus muros et lapides. sed quod crescit in quercubus melius est. Radix eius collecta et aliquantulum mundata: et ad solem per vnum diem exsiccata: per biennium in multa efficacia conseruatur. Illa autem que fracta interius apparet arida: abicienda est. Virtutem habet principaliter dissoluendi et consumendi et purgandi principaliter flegma et melancoliam. et maxime a stomacho et intestinis. et est modicum laxatiua. Et nota: quod in decoctione polipodii debet poni aliquid exclusiuum ventositatis vt anisum feniculus uel ciminum. quia polipodium solum mutat humores in ventositatem. Item vtimur eo in apozimatibus: et in iure galline vel alterius carnis. et damus etiam puluerem ipsius ad laxandum. et valet cotidiane et tertiane ex colera vitellina vel citrina. Soluit etiam opilationem epatis ex grossis et viscosis humoribus. Febri etiam quartane confert. yliacis colericis et habentibus flegma muscillaginosum in intestinis vtiliter medetur. Contra cotidianam et yliacam passionem et alopiciam et dolorem articulorum. et ad conseruationem sanitatis: talis fit vsus. Conteratur polipodii vntia vna vel due ad plus si sit multum laxatiuum: et fiat decoctio eius in aqua cum prunis et violis addito semine feniculi et anisi in multa quantitate: et colatum mane vel sero detur patienti.

De pastinaca.

Astinaca seritur mense Decembris Januarii Februarii et Martii. in terra pingui alte fossa et soluta et optime pastinata. Est alia siluestris: alia est domestica. et vtraque in radice duri est nutrimenti. et minus quam rapa nutrit. Habet autem aliquid acuminis. vnde est extenuans et dyaforesim faciens. Ideoque vrinam et menstrua prouocat. habet etiam aliquantulum inflammationis. vnde coitus est iuuatiua que assuefacta illaudabilem generat sanguinem. Igitur vt temperetur bis eam aqua elixari oportet: et aqua eiecta 2° coqui. Pastinaca siluestris dicitur alio nomine daucus azininus: et domestica daucus creticus. Earum radix secundum Ysaac est calida in medio secundi

gradus: ꝛ humida in medio primi.
sed folia ꝛ flores secundū quosdā
sunt calida ꝛ sicca in 3° gradu. ꝛ v
na pro alia in medicinis ponit᷑: qa
sunt q̄si eiusdē virtutis. s3 domesti
ca melior. Item est quedā pastina
ca rubea. que cruda potest comedi.
ꝛ cocta facit cū napis optima cōpo
sita ꝛ rubicūdo colore decorata. q̄
seritur vt alie pastinace. Pastina
ca siluestris habet efficaciam preci
pue secūdū folia ꝛ flores. modicā
aut nullā secundū radices. Hec her
ba debet colligi cū flores producit
abiectis radicibus: et in vmbroso
loco siccari. ꝛ per annū seruatur.
Virtutem habet dissoluendi attra
hendi ex qualitatibus. ꝛ diureticā
ex subtili substantia. Cōtra frigi
dū reuma: saccelletur caput ex pul
uere ex ipsa herba bene calefcā. ad
dolorem stomachi ex ventositate
vel frigiditate. Et cōtra strāguriā
ꝛ dissinteriam colicam ꝛ yliacā pa
ssionem: detur vinū decoctionis eꝯ
ꝛ herba in multa quantitate in vīo
ꝛ oleo decocta super locū dolentem
ponatur. Cōtra stranguriā dissin
teriam ꝛ viciū lapidis: detur vinū
decoctionis eius semis ꝛ saxifrage
Cōtra opilationē splenis ꝛ epatis
ex frigida causa: et contra ydropi
sim. fiat syrupus ex suco feniculi
ꝛ decoctionis eius. Cōtra duriciē
splenis ꝛ epatis: ponatur ipsa her
ba in multa quantitate in vino ꝛ o
leo. ꝛ maceret᷑ ita p x. dies. In de
cimo die coquatur vsq3 q̄ redigat᷑
in oleū. ꝛ exprimatur bene herba et
coletur. ꝛ colatura postea ponatur
ad ignem ꝛ imponatur cera: ꝛ fiat
cerotū. quoniā cōtra predicta ꝛ cō
tra talia apostemata est multū con
ueniens. vt patet per multociens
expertos.

De portulaca.

Portulaca quocunq3 fere
tempore seminetur nasci
tur adiuuante calore. et
precipue nascitur de mē
se Aprilis Maii ꝛ Iunii. Potest
aūt seri p se: cū puluere mixta ꝛ iter
caules optime prouenit. ꝛ inter ce
pas ꝛ porros. ꝛ in vineis congrue
seminatur. Terrā tamen valde pin
guem desiderat: vt optime cōuales
cat. Et vbi semel sata fuerit quoli
bet anno sequēti nascet᷑. et maxīe si
ibidē ad aliquā maturitatē ꝑuenit
Multū ledit᷑ nimia siccitate veris:
nisi frequēti irrigatione iuuetur. ꝛ
sub vmbris arboꝝ nō fcit cespites
Eius quidem due sunt species.
Est enī quedā portulaca valde la
ta producens folia. q̄ romana seu
beneuētana dicitur. que multū est
humida ꝛ insipida. Et est alia por
tulaca comunis: pua ꝑducens fo
lia. ꝛ hec minꝯ est humida: sed plꝯ
sapida. Si īter alias herbas spisse
seminatas serat᷑: in cespites nō po
terit dilatari. Portulaca est fri
gida in 3° gradu. ꝛ humida in 2°.
Viridis multe est efficacie. exsicca
ta non tante. Virtutem habet leniē
di humectandi ꝛ infrigidādi. Op
timus cibus est febricitantibꝯ cru
da vel cocta. Contra cōstrictionē
ventris coquet᷑ cū prunis in aq̄: ꝛ
comedat patiens pruna ꝛ portula
cas. ꝛ postea bibat aquam. Nota
q̄ portulaca cōuenienter cū diure
ticis ponit᷑. Itē portulaca aliquid

ponticitatis hab3. ꝛ ideo confortat stomachũ ꝛ intestina. ꝛ valet ɔtra vulnera in renibus ꝛ vesica nascentia. Valet etiã fluxui sanguinis. ꝛ vndecũqꝫ manatus fuerit ipm stringit. Item si in capite vel in fronte vel timporibus inũguatur: dolorẽ ꝛ calorẽ aufert. Itẽ valet comesta contra dissinteriam. ꝛ confert colericas egestiones habẽtibus. Auicen. dicit ꝙ ipa sua proprietate eradicat verrucas si ex ea cõfricẽtur. Et delet stuporem dentiũ. ꝛ abscindit desideriũ coitus. tamẽ ĩ ɔplexione calida ꝛ sicca addit in coitu.

De papiro.

Papirus dicitᷣ quasi pabulũ pir idest ignis. qa desiccatus ad nutrimentum ignis in lucernis et lampadibus est valde aptus. Est enim herba exterius valde plana: habens interius medullã valde albam bibulã ꝛ porosam. Et nascitᷣ in locis aquosis. ꝛ dicitᷣ apud nos iuncus. Siccatᷣ enĩ ꝛ excoriatᷣ parꝫ remanẽte de cortice in vno latere: vt medulla sustẽtetᷣ. Et quãto minus habet de cortice: tanto clarius ardet in lampade. ꝛ facilius inflãmatur. ꝛ ex eo fiũt in aliquibus locis vasa ꝛ naues. videlicet in memphi ꝛ india. vt dicit Plinius ꝛ hoc testantur hystorie Alexandri. De papiris etiam fiũt carte in quibus scribitur. Item ex eis fiũt sportule ꝛ pulcra sextoria ꝛ varia vtẽsilia. Et ligantur ex eis vela nauiũ. Et quidam ex eis faciũt vestimenta. Et dicit Plinius: ꝙ eius medulla multum valet ad aquã de auribus extrahẽdam. quia eam naturaliter imbibit ꝛ ad se trahit. Et ideo cũ papiro aqua de vino extrahitur.

De pulegio.

Pulegium calidum ꝛ siccum est in 3° gradu. Colligitur tempore florũ et in vmbra siccatur ꝛ per annũ seruatur. folia cũ floribꝫ abiectis stipitibus ĩ medicinis ponũtur. Virtutem habet consumendi ꝛ dissoluendi. Saccellatio capiti facta ex pulegio calefacto in testa sine liquore: valet cõtra frigidum reuma. Gargarismus factus ex decoctione pulegii ꝛ aceto ꝛ ficuũ siccarũ: valet contra frigidam tussim que ẽ ex glutinoso vel aquoso hũore. Itẽ vinũ decoctionis eius: valet cõtra dolorẽ stomachi et intestinoꝝ ex ventositate vel frigiditatẽ factum. Item emplastrũ ex eodem factũ in vino coctũ ꝛ suppositũ valet ad idem. Item fomentũ factũ ex aqua decoctionis eius: humiditatem matricis desiccat ꝛ vuluam coartat. Et ideo hac fomentatione mulieres salernitane multũ vtũtᷣ.

De rapa.

Rapa in õni aere hitabili prouenit. ꝛ desiderat terram solutam ꝛ pinguem ꝛ adeo solutã: ꝙ fere in puluerem sit redacta. vt optime ɔualescat. Seritur semẽ eius ne nimis spisse spergatur cum puluere mixtum: circa finẽ Iulii ꝛ vsqꝫ ad mediũ mẽsem Augusti uel parꝫ pꝰ. In locis calidis ꝛ siccis ꝛ precipue cũ terra fuerit rorida p pluuiã

precedentē si raro serat᷑ magis gran descit. ⁊ ideo vbi spisse nimis plā tule ei⁹ nate fuerit: cū aliqđ robur acceperint alique euellātur. ⁊ in locis vacuis transferantur vel abiciantur frequenti sarculatione. ⁊ herbarū liberatione multum iuuātur.

Seritur in locis nudis ⁊ i stipulis etiā egregie si optime fuerint exarate. ⁊ solo expexe semē eius opiendū ē: ne nimiū mergat᷑ in terra. Post sunt etiā cōueniēter seri inter miliū ⁊ panicū serotinū in secūda sarculatione ipsarum. que cū panicū et miliū sublata sunt sarculari debebūt.

Letat᷑ agro patēti. ⁊ valde ledit᷑ vmbris. ꝙ si tanta fuerit aeris siccitas: ꝙ tempore cōgruo seri nō possit: potest in aliquo irrigabili loco ⁊ etiā vmbroso spisse seri vt caulis Deide cū ꝺualuerit plāte ei⁹ ⁊ pluuiis terra fuerit madefcā: trāsferri poterūt circa finē Augusti. ⁊ vsq; ad mediū mēsem Septēbris i terra optime culta. Colligūtur de mēse Octobris. ⁊ que pulcriores erūt sublatis frōdibus plantētur: vt semina sequenti estate ꝓducant. Ex rapis fiūt cōposita cū aqua: vt ꝓ coquina tēpore hyemis ⁊ quadragesime hebeantur hoc mō. Rape optime lauētur: deinde crude ꝺponantur in vase de solo ad solum. ⁊ in quolibꝫ solo seminet᷑ sal cū seminibus feniculoꝝ ⁊ satureia vel sal tantū. vltimo ponderentur ⁊ sic ꝑ .viii. dies dimittantur. Deinde ponatur aqua frigida tanta ꝙ cooperiantur: ⁊ sic seruabūtur per totum annū. Item fiūt cōposita cū aceto raphano sinapi feniculis et sale hoc mō. in quātitate duoꝝ comuniū sitularum accipiatur vna libra sinapis ⁊ media libra feniculorū ⁊ tres libre mellis ⁊ vna libra salis. ⁊ raphanus incidatur subtiliter per longū ⁊ piscetur minutatim ⁊ secū semina ⁊ sal misceātur. mel liquefiat ⁊ cū sinapi distēpata cū optimo aceto circa medietatem vni⁹ situle misceātur. Deinde rapis vel naponibus ⁊ radicib⁹ rubeis ⁊ pastinacis ⁊ piris ⁊ pomis si volueris cōgruo modo coctis: ⁊ optime infrigidatis ⁊ diuisis: fiat solū de predictis. ⁊ seminetur desuper raphanus cū seminibus ⁊ sale prius posito sinapi vsq; ad equalitatē. deinde fiat aliud solum: ⁊ ponātur sinapis ⁊ semina. ⁊ sic fiat vsq; ad ꝺplemētum ⁊ seruentur. Rapa secundū Ysaac calida est in 2° gradu. multū plus ceteris herbis nutrit. dure tamen digeritur. Mollem ⁊ inflatam carnē propter sui vētositatē et inflationē facit. proinde coitū suscitat. que si i aqua coquatur: ⁊ illa reiecta in alia recoquatur: duricia sue substantie temperatur ⁊ mediocriter inter bonū a malum nutriet. Que si non bene cocta est difficile digeretur. ventositatem generat. et in poris opilationē facit. Idcirco vtilis est bis cocta. ⁊ vtraq; aqua ꝓiecta recoquatur cū pinguissima carne. preterea secundū medicinā est congrua podagricis: si in eius iure pedis lauentur.

De raphano.

Raphanus quia semē nō habet plantatur corona recens tota vel media. vel fiūt de radicibus e⁹

pua frusta ⁊ plantantur de mense Nouembris ⁊ Decembris Februarii ⁊ Martii. Terram desiderat profunde fossam solutam pinguē ⁊ optime pastinatā sicut cetere herbe. quarū radices grossas ⁊ lōgas fieri optamus. Raphano ꝑcipue vtimur ad faciendū composita de rapis. quod calidū ⁊ siccum est in 2° gradu. Radix eius magis cōpetit vsui medicine viridis ⁊ exsiccata: sed magis viridis. virtutē habꝫ incidendi ⁊ dissoluendi. Et ex eo fit oximel competēs hocmō. Cortices radicum aliquātulum terant̄ ⁊ dimittantur biduo vel triduo in aceto. postmodū addatur ei tertia pars mellis. ⁊ tale oximel valet cōtra quartanam ⁊ cotidianā nisi sit de flegmate salso. Si frigidi humores ⁊ īdigesti sunt in stomacho: cortices radicum raphani ꝑfusas melle ⁊ in aceto: comedat patiens vsqꝫ ad saturitatem. postmodū bibat aquam calidā. ⁊ digitis ī ore missis vel penna inūcta oleo prouocetur vomitus. Cōtra duriciē splenis ⁊ epatis herba ipa decocta in vino ⁊ oleo cathaplasmet̄. Pectini etiā cathaplasmata strāguriā dissoluit.

De proprietatibus eius est: ꝙ si frustum raphani ponatur sup scorpionem moritur. Et ideo dicit Democritus: ꝙ qui habet manū infectam maturato semine raphani: sine sui nocumento tractat serpentes. Hermes etiam tradit in alchimicis suis: ꝙ si sucus raphani misceatur cū suco lumbricorū terre concussorum ⁊ p pannū expressorū. ⁊ in ipo extinguat̄ gladius: ferrū sicut plūbum incidet gladius ille. Itē inuentus est maniacus: raphano concusso cū suco ⁊ super caput eius rasum ligato recepisse beneficiū sanitatis. Et nota ꝙ raphanū dicit̄ esse vitibus inimicū. et dicitur ꝙ si prope serantur natura discordante refugiūt: vt Paladius expertus agricultor affirmat.

De radice.

Radix est herba cuius radix simili nomine appellatur. Celi statu nebuloso letatur: licet in omni aere proueniat. Amat terrā pinguem solutam diu subactam ⁊ profunde fossam. tophum ⁊ glaream formidat. Seritur mense Junii ⁊ Julii locis tempatis. ⁊ mēse Augusti ⁊ Septembris ī calidis locis ⁊ siccis. Serēde sunt spaciis grādibus ⁊ alte fossis. meli⁹ ꝓueniūt in arenis. Serantur post nouā pluuiā nisi forte possint irrigari. Cū satum est statim debet operiri leui sarculo. letamen non est ingerendū sed potius palee: quia inde fungose fiūt. Suauiores fiūt si aqua lax a frequēter irrigentur. Radices feminini generis esse putantur: que min⁹ acres sunt. ⁊ habēt folia latiora ⁊ cū iocūditate virentia. Ex his ergo semina colligemus. maiores fieri credunt̄ si sublatis foliis ōnibus ⁊ solo tenui caule dimisso: sepe terris operiantur. Vnde optie plantātur in sulcis vt terra sepius circa eas possit facile cumulari.

Si ex nimis acribus dulces fieri velles: semina die ac nocte melle macerabis. Calida ⁊ sicca ē in 2° gradu. min⁹ ꝙ̄ rapa nutrit. ꝓpter

sui acumen: quod ē fortius acumi ne rape. nutrimētum tamē eius gro ssum est durūq3: stomacho ꝛ diges tioni nociuū. ꝛ incōueniens oculis dentibus ꝛ omnib9 vulneribus et doloribus sumpta secundū cibū. S3 secundū medicinā ꝯuenit. Est enim lauatiua renū ꝛ vesice ex gro ssis humorib9: ꝛ vrinā prouocat. ꝛ manducata lapides frangit. Et si cocta ꝯmedatur: tussi ex frigida ꝛ humida causa subuenit. Et secū dū cibum comesta torsionē ꝛ infla tionē generat. ꝛ stomacho fit illau dabilis. quod testatur ruct9 putri dus qui ex ea fit: maxīe āte cibū. Illa enī que ieiunis esui datur ele uat cibum et cohibet ne ad locū de coctionis descendat. Unde fit cau sa indurande digestionis. ꝛ prono candi vomitū: maxime eis qui na turaliter ventositatem in stomacho habent. Sed post cibū accepta mi norem agit ventositatē supius ascē dentē. ꝛ cū sua grauitate ad inferi ora descendit. deponitq3 cibum ad locū digestionis. ꝛ digerit vt opor tet proinde volentes eā pro vomi tu accipere: accipiāt ante cibū. Et habet virtutem similem raphano. ꝛ contra easdē causas ꝛ eodēmodo datur. sed non est adeo efficax ve raphanum.

De ruta.

Uta serit᷑ mēse Augusti. ꝛ melius propagatur de ramusculis in terrā posi tis. Et si summitas ali cuius ramusculi eius incuruatur ī terra statim infixa radicat᷑. ꝛ diffi cillime arescit herba. Plini9 dicit ꝙ odit frigidū hyemem. ꝛ ymbris humorem. Siccis gaudet tempori b9. terra lacticia vel cinere vult nu triri. Adeo diligit ficū: ꝙ melius sub eo vel iuxta eum ꝙ̄ alibi cōua lescit. Uerno autē tēpore trāsplā tatur aut in mense Septembris. et assidue irriget᷑ si non habet ymbrē. Si pmittatur florere citi9 arescit. antiquata lignescit: si rami ei9 bis ōni āno terra vsq3 ad folia opiāt᷑. quando aūt indurata est ꝛ lignea facta: non bene pullulat: nisi absci datur iuxta radices. tūc enim reno uatis ramis redit ad eā iuuētus.

Calida ꝛ sicca est in 2° gradu. Ei9 duplex ē maneries scil3 domestica ꝛ siluestris que pigamū dicitur. fo lia ꝛ semina ꝯpetūt vsui medicine. Semina p quīq3 annos possunt ser uari. folia siccata p annū. Uirtu tē habet diureticā. dissoluēdi ꝛ ꝯsu mendi. Contra cephaleam ꝛ epilē siam: in balneo parū suci eius cale facti iniciatur p nares: qđ flegma educit ꝛ cerebrū mūdificat. Item vinū decoctionis ei9 valet ad idē.

Cōtra defectū vis9 ex fumositate colerica: ī dolio ponat᷑ cū vino ru ta: ꝛ patiens tali vino vtatur. Itē cū aqua rosacea mixta: ꝛ sup ocu los lippos aut sanguinolētos posi ta mirabiliter eos sanat ꝛ mundat. Cōtra dolorē dentiū: ruta cocta in vino cathaplasmetur super locū do lentem. Uel aliter accipe fustē eius ꝛ exure aliquātulū ad ignē. et con cauitatē eius cauteriza: ꝛ satis con fert. Cōtra frigiditatē stomachi ꝛ eius paralisim ꝛ alioꝝ membroꝝ detur vinū decoctionis ei9 ꝛ casto rei. Contra opilationē splenis et

epatis stranguriã et dissinteriã: det vinũ decoctionis eius et radicis feniculi vel puluis eius cũ suco. Itẽ contra stranguriã et dissinteriã: ruta in vino cocta et oleo pectini cathaplasmetur. Contra tenasmon ex frigida causa: decoquat in vino et fiat encacisma. vel calefiat bonũ vinũ: et fundatur super rutã. et patiens recipiat fumũ. Ad menstrua prouocanda. et secundinã et fetũm mortuũ educendũ. det trifera magna cũ suco rute. Idem opatur suc9 eius solus p os receptus. aut pessarizatus. aut teneritates eius in oleo frixe et superposite. Cõtra exteriorem dolorẽ ex cõcussione vel alia causa: ruta calefacta sine aliquo liquore superponat. Cõtra lippitudinem et dolorem oculorũ: puluis cimini cũ suco eius conficiat. et in eo bombix intincta sup oculos ponatur. Ruta etiam bibita: valet cõtra venenũ et morsum venenatorum animaliũ. et etiã cathaplasmata. Et nota q si quis esset totus circundatus viridi ruta: secure potest accedere ad basilicũ. Dicũt Plinius Dyascorides et Constan: q mustela pugnatura contra serpẽtem comedit rutam et munita odore et virtute eius: secure inuadit serpentem. et interficit basilicum. Ei9 odore de ortis fugantur serpentes. et omnia venenosa. et ideo plantat cõuenienter in locis vbi sunt sedes apum. Item suco rute inũcti: a scorpionib9 araneis vespis et apibus non pungũtur neq leduntur.

De rubba.

Rubba desiderat terrã solutam et pinguem vt optime proueniat. tamẽ et in mediocriter pingui puenit. que cũ vangis alte fodiẽda est: de mẽse Octobris et Nouẽbris. Et sequẽti mense Februarii Martii vel Aprilis seritur spissa vt frumẽtũ vel spelta. et fiunt areole sicut in ortis. vel q̃terni ut i semiatione frumenti. solo rastro semẽ opiendũ est. et ab õnibus herbis et radicib9 et maxime gramine liberet: cũ vangatur et cũ areole fiunt. Deinde rũcantur quotiens herbe nascunt in ea manibus et sarculo. deinde i Augusto semina cũ nigra fuerint: colliguntur cũ tota herba. et bene siccata seruantur ad fumũ. et postea de mense Decembris vel mense Nouẽbris fodiũtur sulci et ex ipa terra aree modicum operiũtur. deinde sequente estate runcãtur quotiẽs ei9 herbe nascuntur. et mẽse Augusti ut dictum est semina iterũ colligũtur. et ipsius herbe radices si placet ex fossa terra paulatim sub radicibus colligũtur et in sole siccantur. Sz meli9 est q vsq ad sequentẽ annũ dimittantur in terra vt grossiores fiant. et meliores cauando iterũ sulcos et aperiendo areas ut dictũ est. Cũ radices siccate fuerint tritulis verberantur vt rumpantur. et a terra et puluere liberẽtur et clare fiãt. et si de ipsis fiat puluis plus valebit. Et nota q terra vbi ponitur rubba solo aratro bene submerso fodi potest.

De spinaciis.

Pinacia optime seritur de mēse Septembris et Octobris pro hyeme ꝛ quadragesima sequēti. Item de mense Decembris in locis calidis Januarii Februarii ꝛ Martii. pro mēse Aprilis ꝛ Mai ꝛ aliis etiā mensibus seri possunt. Serū tur autem ꝛ sola in areis ꝛ cū aliis herbis mixta: in terra pingui ꝛ bn̄ pastinata. Cū colligūt' si una vice incidat' medietas stipitis ꝛ alia vi ce alia medietas: diu durabit vtili tas ei9. Frigida sunt ꝛ hūida in fine primi gradus. Ventrē hūec tant ꝛ valent gule ꝛ dolenti de san guine ꝛ colera rubea. Et meliora sunt stomacho q̄ꝫ atriplices.

De strigio solatro.

Trigiū solatrū ꝛ morel la idem est. Frigidum ꝛ siccum est ꝛ aliquantulū diureticū. Viride secun dum folia ꝛ flores multe est effica cie. exsiccatum nullius. Virtutem habet infrigidandi. cōtra opilatio nem splenis ꝛ epatis: ꝛ maxime cō tra yctericiā quādo opilata est ps superior cistis fellis: sucus eius de tur in potu. Vel fiat syrupus ex suco ei9 ꝛ zucaro. vel q̄ meli9 ē dē tur due vntie suci eius cū quinq̄ dragmis reubarbari. Contra apos temata in stomacho ꝛ itestinis ꝛ in epate: detur sucus eius cū aqua or dei. contra calefactionem epatis: pecia intincta in suco eius superpo natur. Idem fiat contra calidum podogra. vel herba ipsa trita sepi9 superponatur. Vel meli9 erit si cū suco ei9 addatur acetū vel agresta vel oleum rosatū. Contra calidū apostema in principio ad repcussi onem materiei: herba ipsa trita su perponatur.

De semperuiua.

Emperuiua est herba sic dicta quia semp viridis reperitur. frigida est in 2° gradu. sicca i primo. Viridis multe est efficacie. exsicca ta nullius. Virtutē habet infrigi dandi. plagelle intincte in suco ei9 ꝛ aceto vel agresta ꝛ etiam epythi mate: multū valēt cōtra calefactio nem ei9. ꝛ cōtra dolorē ex causa fri gida. Itē herba ipa trita ꝛ suppo sita valet cōtra calida apostemata in principio ad repercussionē mate rie. licet postea obsit cōspissando materiā. Contra vsturas ex igne vel aqua: fiat vnguētū ex suco ei9 oleo rosaceo ꝛ cera. sꝫ nō debꝫ poni in primis q̄tuor dieb9. sed calida apponātur: vt fumi tantū fiat eua poratio. Vn̄ pri9 vnguim9 sapone ꝛ similib9. deinde vnguēto p̄dicto Cōtra fluxū sanguinis q fit p ebu litionē ei9 in epate ꝛ iuuenibus in estate. plagelle in suco eius ꝛ aque rosate intincte: frigide fronti et timporibus supponat' ꝛ gutturi.

De satyrion.

Satyrion dicit' esse apiū siluestre. ꝛ est calidū et siccum in 3° gradu. Vir tutem habet attrahendi a remotis partibus. Unde testicu li eius cum melle confecti coitū p uocāt. Meli9 tamē ē si fiat cōfectio eius ex eis et dactilis et piscaceis

ꝯ melle. Item sucus eius cū melle datus prodest arteticis.

De sponsa solis.

Ponsa solis Cicorea in cuba ꝯ solsequiū idē est. Herba ipsa comesta: valet contra venenū si sit ex morsu. Item sucus eius super positus: valet ad opilationem epatis ex frigida causa. Item valet contra calefactionem eiusdem.

De silermontano.

Ilermontanum siue sileseos calidū ꝯ siccum est in 2° gradu. Semē eius collectum p tres annos potest seruari. Semen ponitur in medicinis. ꝯ habet virtutē diureticam. dissoluēdi cōsumendi ꝯ attrahēdi. Cōtra asma ex frigida causa: detur vinū decoctionis eius et ficuū siccarū. vel detur puluis ei9 cū ficubus siccis ꝯ assatis. Cōtra opilationem epatis renū et vesice stranguriam ꝯ dissinteriam: detur vinū decoctionis eius.

De stafisagria.

Tafisagria calida et sicca est in 2° gradu. Semē ei9 simili nomīe appellatū: magne efficacie est. ꝯ dicit' etiā caputpurgiū. qa ipm a flegamate purgat. vuā desiccat ꝯ reuma ꝓhibet. ꝯ stomachū mūdificat. Vinū decoctionis ei9 ꝯ rosaꝝ contra predicta gargarizetur. Cōtra scabiem ꝯ pediculos vnguentū factum ex puluere eius ꝯ aceto valet. Item valet cōtra paralisum: si ex eo fiat inūctio. Puluis semis ei9 cū melle datus lūbricos necat.

De squilla.

Squilla calida ꝯ sicca est in 2° gradu. Herba est similis cepulle. Vnde tuberosa radix magis opetit medicine q̄ herba. si sola reperitur: mortifera est. Habet aūt virtutem diureticam. vnde valet ad digestionē materiei tam in cotidiana q̄ in quartana. Valet etiā cōtra opilationē splenis ꝯ epatis. ꝯ cōtra dolorē yliacū ꝯ articuloꝝ vt testatur Ysaac. Contra dictas passiones talis fit vsus. Squilla diuidatur per mediū ꝯ tot tunice ab interiori pte abiciātur quot ab exteriori parte: ꝯ tot in medio reseruētur. exteriores debent abici: quia veneno se sunt ꝯ multū calide. Interiores similiter abiciātur: quia mortifere sunt ex nimia frigiditate. medie tunice sunt tempate. Vnde istaꝝ fiat decoctio in furno pasta īuolutaꝝ. postea fiat decoctio ī aceto ꝯ in colatura addatur mel. Si vis ut oximel fortius opetur: squille nō fiet decoctio in pasta: sed tantū in aceto. Contra omnē dolorē exterioꝝ ptium ex frigida causa valet.

De sinapi.

Inapis seritur ante hyemē ꝯ post. Et terrā pinguem desiderat. Si rara seratur: melior efficitur. ꝗ si nimis spissa ē: poterūt alique plātule inde trāsferri ꝯ alibi transplantari. Hec herba ita se multiplicat: ꝗ vbi semel seritur: vix locus

ille ab ea postea liberatur. et ubi se mē eius cadit, ptinus viret. Calida et sicca est in medio quarti gradus. Nō herba sz semen quod collectum est: p quinq3 annos seruari potest. Virtutem habet dissoluēdi attrahendi et extenuādi. Contra paralisim lingue: semē eius cōmasticatū et sub lingua retentū valz. Cōtra palisim alioꝝ mēbroꝝ ponatur in saccello: et decoquatur in vino: et super locū dolētem ponatᷣ. et pci pue in principio egritudinis. puluis eius naribus impositus: sternutationē prouocat. et cerebrū a superfluitatibus mūdificat. Cōtra antiquū asma ex glutinoso humore: detᷣ vinū decoctionis eius et ficuū siccarum. Contra opilationē splenis et epatis et lēto flegmaticā: decoquatur in aqua cū radice feniculi: qua colata addatur mel. et talis cōfectio detur. Cōtra splenis duriciem: herba ipa cū anxūgia porcina bene trita superponatur. Fomentum factū ex aqua decoctionis mēstrua educit. Itē herba ipsa decocta in vino et cathaplasmata: dissinteriā et strāguriam soluit. Vinū decoctionis seminis et dragagāti hūiditatem vue cerebri et fauciū exsiccat. dragagantū ponitᷣ ne vehemēter exurat et excoriet. Pictagoras aūt vltra ōnes herbas ipm cōmedebat. Unde Plini⁹ dicit de ipa: ꝙ hūores viscosos et grossos extenuat. Et pūcturas serpentū et scorpionum ictus addito aceto sanat. fungoꝝ venena superat. dentiū dolorē mitigat. ad cerebrū penetrat: et ipm mirabiliter purgat. frāgit lapidē. et mēstruis imperat. appetitū excitat. et stomachū cōfortat. Epilenticos iuuat. et ydropicos curat. Litargicos excitat: et eos multū iuuat. Capillos mūdat et eoꝝ casum compescit. Incōgruos auriū sonos et tymnit⁹ tollit. et oculoꝝ caliginē detergit. paliticis subuenit. quia poros aperit. et humorem infundētem neruos dissoluit et cōsumit. Et dicitᷣ ꝙ maior virtus est in semine ꝙ̄ in herba.

De Stucio.

Stucio et caulicul⁹ agrestis idem est. Calidus et siccus ē in 2° gradu. Semē sucus et folia cōpetūt vsui medicine. Cōtra paralisim līgue: semen eius cōmasticatū in ore diu sub lingua teneatᷣ. Et si in alia parte corporis fuerit: folia cocta ī vino cathaplsmētur. Cōtra litargiam: pulnis seminis eius naribus insuffletur. Itē fiat decoctio semis tritici et suci rute agrestis ī fortissimo aceto: et in ipso fricentur posteriores capitis ptes: tamē pri⁹ rase. Fomētatio ex foliis coctis in vino: stranguriā et dissinteriā soluit. et menstrua prouocat. Emplastrū ex foliis decoctionis in vino et oleo: si pectini et virge supponatᷣ: meatus ꝓuocat vrinales et etiā vrinā.

De scordion.

Scordion idest alleum agreste est calidū et siccū in 2° gradu. Solus flos eius competit medicine. Aqua vel vinū decoctionis eius spiritualia mūdificat a flegmate. Et valet cōtra dolorem stomachi

ꝛ intestinorum ex ventositate. Et contra opilationē splenis ꝛ epatis ex frigida causa. Item stranguriā ꝛ dissinteriam soluit

De sparagis.

Paragus calidus est et siccus in 3° gradu. Frutex ꝛ semen competit medicine. fustes tenerrimi coquinati cū carnibus siue cū aq̄: valent contra opilationē splenis ꝛ epatis. strāguriā ꝛ dissinteriā. Itē contra dolorem stomachi ꝛ intestinorum. ꝛ contra yliacam passionē valēt. Item vinū decoctionis eiꝰ seminis valet contra predicta.

De sinzibro.

Inzibrum calidū ꝛ siccū est in 3° gradu. Aliud ē domesticum aliud siluestre. quod calamentū dicitur. Virtutē habet diureticā cōsumendi ꝛ dissoluēdi. Contra viciū pectoris fiant pultes ex farina ordei ꝛ aqua addito puluere eius: ꝛ dentur patienti. Contra frigidum reuma: folia eius in vase sine aliquo liquore torrefacta: ꝛ in sacculo posita capiti superponātur. Vinū decoctionis eius valꝫ cōtra dolorem stomachi ꝛ intestinoꝝ ex frigiditate. ꝛ ꝯtra opilationē splenis ꝛ epatis. et vias vrinales aperit. Item herba in vino decocta ꝛ cathaplasmata: valet contra dolorē stomachi ex ventositate. Menstrua etiam educit ꝛ matricem mundificat. et fomentatio eius conceptum adiuuat.

De saluia.

Aluia plātatur plātulis aut ramulis iuuenibus de mēse Octobris Nouēbris Februarii ꝛ Martii. Calida est in primo gradu. ꝛ sicca in 2°. Sola folia eiꝰ cōpetūt medicine viridia ꝛ sicca. ꝛ p annū seruātur. Alia est domestica. alia siluestris q̄ dicitur eupatoriū. Domestica magis cōsumit ꝛ cōfortat. siluestris magis est dyaforetica. Vinū decoctionis saluie: valet cōtra paralisim ꝛ epylēsiam. In vino decocta ꝛ cathaplasmata sup partē paraliticā multū valet. Fomētatio facta ex aqua decoctionis eiꝰ: valet contra stranguriā ꝛ dissinteriā. ꝛ matricem mūdificat. Item in salsamentis ꝯuenienter ponitur.

De scabiosa.

Cabiosa calida ꝛ sicca est i 2° gradu. Sicca nullius est momenti. sucus eius ꝛ acetū bulliāt vsq; ad spissitudinē aliquantulā: ꝛ hoc vnguētū valꝫ ad scabiē. Balneū ex aq̄ decoctionis eius ꝛ tapsibarbati: valet contra alopiciā. sucus eiꝰ valet ad idem: ꝛ lumbricos necat. Et aurībꝰ cū oleo īiectus: eas mūdificat. fumꝰ vini decoctionis eiꝰ valet contra emoyroydas.

De senationibus.

Enationes calide sunt ꝛ sicce in 2° gradu. Alio nomine dicūtur nasturciū aquaticū. Cocte in aqua vel cū carnibꝰ spiritualia mūdificāt. Fomentū ex aqua salsa

decoctionis eius : valet ad yliacā passionem stranguriā ⁊ dissinteriā In vino etiam decocte ⁊ cathaplasmate: ad idem valent.

De serpentaria.

Serpentaria columbaria draguntea idem est. Dicitur autem serpentaria siue dragūtea : quia basta eius in modū serpentis maculis est repleta. Calida ⁊ sicca est in 3° gradu. Radix eius p frusta minuta diuiditur ⁊ siccatur. ⁊ puluerizatur ⁊ p pannū cribellatur. ⁊ tūc ɔficiatur cū aqua rosaꝝ: ⁊ ad solē siccetur. Et ex hoc tali cū aq̄ rosarū vel sine: facies illiniatur. ipam enī reddit nitentē ⁊ claram. pannū etiā deponit. Item si puluis ei9 cōficiatur cū sapone ⁊ fistule imponatur: intantū in eis foramen dilatat: vt inde os fractū vel putrefactū extrahi possit. puluis etiā eius cū calce viua ɔfect9 ⁊ aceto fortissimo: optimus est ad cancrū. ita ut pars tertia sit calcis. Dyascorides dicit: ꝙ ipsa odore suo serpētes fugat. nec leditur corpus a serpente: si eius suco corpus inūctum sit.

De serpillo.

Serpillum calidū ⁊ siccū est in 2° gradu. Et aliud est domesticū ⁊ aliud siluestre. Domesticum ramos per terrā diffundit. Siluestre crescit in longū ⁊ altū. Flores et folia cōpetūt medicine. que ī rudi olla calefacta ⁊ in saccello posita ⁊ capiti superposita. valent cōtra frigidū reuma capitis. Vinū decoctionis eius ⁊ anisi: valet contra dolorem stomachi. Itē fomentū ex aqua decoctiōis eius valet ad strāguriā et dissinteriam. ⁊ mūdat matricē. ⁊ calefacit. ⁊ cōfortat. Vinū decoctionis eius stomachū infrigidatū ⁊ epar ⁊ splenem calefacit.

De satureia.

Satureia calida ⁊ sicca ē in 2° gradu. Seritur de mēse Decembris Februarii ⁊ Martii. ⁊ mixtim cum aliis herbis: ⁊ sola seri potest. Pultes ex farina ⁊ aqua ⁊ ei9 puluere: spiritualia mūdificant. puluis etiam confectus ad idem valet. Dyascorides dicit : ꝙ vsus satureie est cōueniēs: ad cōseruationem sanitatis. ⁊ ponit᷑ in cibis. Albumasar dicit: ꝙ eius proprietas est expellere ventositates. ⁊ inflationes ⁊ tortiones. et digerere cibū. et expellit superfluitates stomachi. ⁊ ꝓuocat vrinā ⁊ mēstrua. ⁊ acuit visum debilitatū ab humiditate mala.

De sclarea.

Sclarea seritur mense Decēbris Ianuarii Februarii Martii ⁊ Aprilis. Talem desiderat terrā qualem alie herbe omunes. Optima herba est ⁊ est perpetua. quia postꝗ̄ est in ordinibus trāsplātata: sicut cepe plātatur cū fecerit semen ⁊ maturū collectum fuerit. si incidatur per tres vel quatuor digitos supra terrā reuiuiscit: ⁊ pulcherrima efficitur in autūpno. Et si incidat᷑ stipes arescit: ⁊ nihilomin9 in septembri pullulat. vel in estate sequenti sicut feniculꝰ. ⁊ optime viuit in vmbra.

De scalongue.

Calongue plantant̃ mẽse Februarii sicut allea. per se in areis: ꝛ in areis aliarũ herbarum. ꝛ vnaqueqꝫ facit multas filias. ꝛ maxime si terra fuerit bñ pinguis cũ plãtantur. Itẽ dicitur ꝙ si spicula allei ponantur in cepa: factis in ea foraminib9 in quibus ipã spicula possint poni: ꝛ sub terra plantentur fient scalongue. Sunt aũt de natura ceparum: sed sunt min9 humide. appetitum confortãt. ꝛ maliciã ciboꝝ venenosoꝝ emendãt. nocẽt visui. ꝛ dolorẽ capitis efficiũt. ꝛ fetorem oris inducunt. ꝛ non cõpetũt calidas habentibus cõplexiones. sed cũ carnib9 pinguibus edi possunt: quia maliciam ipsarum emẽdant.

De tetrait.

Etrait idest herba iudaica. Calida ꝛ sicca est in 3°gradu. Vinũ decoctionis eius digestionẽ procurat. ꝛ dolorẽ stomachi et intestinoꝝ ex acetositate curat. Crispelle ex eo et farina ꝛ aqua facte: naturalẽ calorẽ cõfortãt. vrinã prouocãt. Emplastrum ex ipã herba decocta in aqua: stranguriã soluit. Item fomẽtum ex aqua decoctionis eius: matricem calefacit ꝛ mũdificat.

De tapsia.

Apsia est calida et sicca in 3°gradu. p tres ãnos seruatur. Inuenit̃ in arabia india ꝛ calabria. In vomitiuis medicinis ponit̃. caute teri debet. Si aũt inflationem inde fieri contingat: fricetur cũ panno aceto infuso. vel pars tumẽs inũguatur cũ populeon ꝛ aceto addito. Tapsia est herba trutanoꝝ. contrita eñi facit inflare faciem ꝛ corpus acsi esset leprosus. et curatur ut hic. et cũ suco semperuiue.

De tapso barbato.

Apsus barbatus calid9 ꝛ siccus ẽ. fomẽtatio ex vino decoctionis cõtra emoyroydas valet. Ad idẽ valet: si anus patiẽtis inde post assellationem tergatur. Valꝫ etiã eius decoctio in aqua: ad tenasmon et contra fluxum ventris.

De testiculo vulpis.

Esticulus vulpis est bona herba ꝛ dulcis gustu. Facit autẽ cũ vino sumptus appetitũ coitus. ꝛ adiuuat ad ipm. ꝛ in hoc stat loco stinchi. Et est calidus ꝛ humidus. ꝛ est species satyrionis vel satyrie.

De testiculo canis.

Esticulus canis est alia spẽs satiriõis. ꝛ ẽ in foliis ꝛ stipite similis testiculis vulpis. Et radix ipius ẽ duoꝝ nodoꝝ. Habet eñi vnũ globum supius: ꝛ alterũ inferius. Et vn9 est mollis: ꝛ alter dur9 ꝛ plen9. ꝛ in illo ẽ hũiditas supflua. Et si aũ coitum masculus sumat maiorẽ testẽ. id quod ↄcipitur ex coitu: erit frequenter masculus. Si aũt femina sumat minorem ꝛ cõcipiat: fit magis femina. Dicitur autẽ ꝙ maior auget coitum: minor vero abscidit ipm Et sic vterqꝫ amboꝝ destruit opationẽ alterius. Hoc dicit felix doctor frater Albertus ordinis predicatoꝝ in libro suo quem fecit de plantis.

De thimo.

Thimus est herba valde aromatica. Cuius flos dicitur epithimum. et est flos medicinalis. Habet enim virtutem purgandi melancoliam et flegma. et ideo valet contra quartanam et alias melancolicas passiones. et ex eo debemus acuere medicinas. non ipsum per se dare: quia naturam habet inducendi sincopim et angustiam precordiorum.

De viola.

Viola est frigida et humida in 2° gradu. De viridibus fit zucarum violaceum. et oleum violaceum. Syrupus autem violaceus fit de viridibus et siccis. Sucarum violaceum fit eo modo quo rosaceum. Syrupus sic fit. Viole in aqua coquantur: et ex colatura et zucaro fit syrupus. Si autem ex ipsarum suco et zucaro fieret: melior esset. Oleum violaceum fit hoc modo. viole in oleo decoquantur: et colatura erit oleum viole. Valet interius receptum contra discrasiam laboris totius corporis. Item inunctio ipsius facta super epar: valet contra calefactionem eius. Item unctio facta super frontem et timpora: removet dolorem frontis ex calore factum. Viole habent virtutem leniendi humectandi refrigerandi et laxandi. sed parum sunt laxative. et purgant principaliter coleram rubeam. Unde valent febri tertiane et contra distemperantiam epatis in calore. et contra opilationem epatis et ycteriam. et contra defectum appetitus ex colera. Item viole contrite posite super calida apostemata: in principio conferunt. Idem facit ipsa herba. Fomentatio ex aqua decoctionis ipsius herbe facta secundum pedes et frontem in acutis egritudinibus: somnum provocat. Syrupus viole est magis coquendus quam rosaceus. alioquin cito corrumperetur.

De virga pastoris.

Virga pastoris est carduus silvestris. et est frigida et sicca. Solum folia eius competunt medicine viridia et sicca. sed viridia sunt maioris efficacie. Virtutem habent constringendi repellendi et infrigidandi. Emplastrum ex pulvere eius et aceto et albumine ovi supra pectinem et renes. valet contra fluxum ventris. Pulvis etiam datus in ovo sorbili ad idem valet. Item ad idem valet fomentatio ex aqua decoctionis eius. Trita valet ad calida apostemata in principio ut ad herisipulam et huiusmodi. Cathaplasmata capiti abraso valet contra frenesim et dolorem ex calida causa. Item hec herba multum est consolidativa recentium vulnerum. Semina et vermiculos qui sunt in carduis super radice siccatis: querunt aviculae. et cantant cum datur eis. Ysidorus dicit quod radix eius in aqua decocta: cupiditatem potatoribus administrat. Item dicit quod matrici utilissimus est carduus. et iuvat mulieres ut filios masculos generent.

De volubili.

Volubilis est herba involvens se super plantas proximas. Est autem parum calida: sed multum sicca. quod ostendit eius tortura. Quedam autem species eius est: que vocatur funis pauperum. et hec terrestris est et aquea: habens

ex terrestritate sua constrictionē. et ex aqueitate mūdificationē ⁊ lenitionē. Folia aūt huius sunt cōsolidatiua vulnerū magnorū. nec ē eis par in illo effectu. Coquunt aūt in vino: ⁊ emplastrant super ea cū aceto. Sūt etiā medicina adustiōis ignis. Est etiam alia spēs que dicit volubilis maior. ⁊ lac ipsius abradit pilos ⁊ interficit pediculos.

De vrtica.

Vrtica dicitur quia tactus eius corpus adurit. Est enim ignee nature vt dicit Macer. Hec duplex est. nā q̄dam est pungens: ⁊ quedā mortua: que non pungit. ⁊ eius folia sunt albiora ⁊ molliora ⁊ magis rotōda. ⁊ vtraq3 est medicinalis. Nā sucus eius cū vino bibitus: valz contra yctriciam ⁊ colericam passionē. Cū melle curat antiquam tussim. ⁊ mūdat pulmonem. ⁊ ventris inflationē ⁊ tumorem sedat. Folia eius cū sale otrita: vulnera sordida mūdant et curāt. similiter morsum canis. Sanat etiā cancros. Radix eius cōtrita in vino ⁊ oleo: valet cōtra tumorem splenis. Sucus eius fluxum sanguinis de naribus sistit. Semen eius cū vino bibitum: p̄cipue mixtum melli ⁊ peperi: mouet venerē ⁊ prouocat vrinam. Herba recēs tenera cocta: ventrem mollit si comedatur. ⁊ precipue mēse Martii cum oleo cocta.

De vitriolo.

Vitriolum quod alio nomine dicitur paritaria ē herba calida ⁊ sicca in 3° gradu. Et dicit vitriolū: quia ex eo optime vitrea mūdantur. Exsiccata nulla est eius efficacia. viridis magna. Virtutem habz dyaphoreticam ⁊ extenuatiuā. Cōtra frigiditatem stomachi ⁊ intestinorū ⁊ eorūdem dolorem. ⁊ contra stranguriam ⁊ dissinteriam: paritaria calefacta in testa sine aliquo liquore: superponatur loco dolenti. vel etiā decocta in vino albo aliquātulum acido cū sulfure. Contra stranguriam ⁊ dissinteriam decoquatur in aq̄ salsa: ⁊ oleo ⁊ pectini cathaplasmetur. Cocta ⁊ comesta multū valet contra dolorem stomachi ex frigiditate vel ventositate. Item cōtrita aliquantulū ⁊ calefacta cū vino ⁊ sulfure: tumorē minuit.

Et sic est finis libri sexti.

Incipit liber septimus. De pratis ⁊ nemoribus.

Postq3 in libris superioribus sufficienter dixi de cultu campestrium agrorū vinearum arborū ⁊ ortorum: que multā requirūt industriam. Dicam nūc de pratis ⁊ nemoribus: que nō tantam querūt doctrinā. s3 quasi spōte ydonea p̄ueniūt a natura. Et primo de pratis: quare creata fuerūt. Et qualē aerem terram aquā ⁊ sitū desiderant: ad ampliorem copiā et vbertatem herbarū. Et q̄liter fiāt. Et qualiter procurētur ⁊ renouentur. Et de feno quod est eius fructus: qualiter colligatur ⁊ conseruetur. ⁊ de vtilitate ipsius.

Quare prata creata fuerũt. ꝛ q̃lem aerem terrã aquã ꝛ sitũ desiderãt.

Rata fuerũt a natura mã dato diuino creata: vt terra q̃ primo nuda fuit vestiretur ꝛ ornaretur. ꝛ ut ipsoꝝ herbe tam virides q̃ sicce nutrimentũ cõueniens animalibus herbis vtentibꝰ prestent. nascũtur autem in ipis diuersa herbarũ genera: ex diuersitate humorũ in superficie terre contẽtorũ. quod quidẽ sagax natura que nusq̃ in necessariis deficit: opata est propter diuersitatẽ animaliũ nutriendoꝝ ex eis. quoꝝ appetitus in omnibus est diuersus. Aerem vero desiderant tẽperatum. aut frigiditati ꝛ hũiditati proximũ. si enim superflua fuerit in loco frigiditas. erunt ibi ppetuo niues ꝛ glacies. que õnino impediũt generationẽ herbarũ. Et similiter si caliditas aut siccitas supflua fuerit: omnẽ virorem ɔsumet. nisi ei succurrat irrigatione frequẽti. Terram desiderant pinguem ad herbarũ copiam. verũ si nõ fuerit multe pinguedinis: saporosiores et magis odoriferas et subtiliores creabit herbas. Sed si fuerit nimis macra: modicas aut nullas producet. Talis eni terra ꝛ similiter salsa uel amara: sua imbecillitate aut malicia se vestire non potest. Aqua magis cõpetẽs pratis: ẽ aqua pluuialis: que calida chorusciatiõe descendit. Et similiter aqua que mẽse Aprilis ꝛ Mai subtilis descendit. Et quecũq; in estate de celo ꝓueit bona ẽ: dũ tamen gelida nõ existit ex natura grãdinis liquefcã. Secundi meriti est aqua laquealis: q̃ clara calida ꝛ pinguis est. Tertio aqua fluminũ. Ultimo aq̃ fontiũ. Et quanto magis a suo elongatur principio: tanto melior. quia minꝰ frigiditatis in se habꝫ. Prata desiderant situm depressum: vbi cõtinuo sit humor inclusus. Verũ si adeo sit profundus talis locꝰ: q; ibi quasi semper aqua operiat supficiẽ terre: non erit aptus ad aliquas bonas herbas. sed erit accedẽs ad naturam paludis. ꝓducetq; iuncos ꝛ pauerias quadrellũ et similes herbas paludales. grossas insipidas aquaticas ꝛ fere omnibus animalibus inutiles. Et si fuerit adeo eminens q; irrigari nõ possit: facile siccitatem ꝛ ariditatem patietur: nisi fuerit in alpibus ꝛ locis frigidis. In talibus enim locis ꝛsi paucas proferant herbas: subtiles tamẽ sapidas ꝛ odoriferas ferũt. Felix autẽ prati positio est: que supra se riuũ fluentẽ habeat quo possit quotiens fuerit opus irrigari.

Qualiter fiũt prata. et qualiter procreantur ꝛ renouantur.

Rata quidem ꝓueniũt vbicunq; terra solis radiis illustratur. Fiunt etiã opere manuali. aut ex locis agrestibus nemorosis: aut ex campestribꝰ agris. ꝛ prĩo quidẽ modo extirpandus est locus de mẽse Septẽbris uel Octobris ꝛ impedimentis omnibus liberãdus. nõ solum spinetis ꝛ virgultis. sꝫ etiã herbis latioribus ꝛ solidis. deinde cũ frequẽter excultꝰ fuerit: ac multa aratione solutus: submotis lapidibus ꝛ glebis cõfractis stercoret

luna crescente recenti letamine. ab
vngulis iumentorum summa intẽtiõe
seruetur intactus. precipue cũ hũescit. ne inequale solum reddãt mul
tis locis impressa vestigia. Si ve
ro ex cãpestribus locis fiãt: equan
dus ẽ omnis locus. ⁊ glebis ɔfrac
tis tam huic ꝙ̃ supiori semẽ vicie
cũ feni semĩe spergẽdus. Rigari ve
ro anteq̃ durum solum fecerit non
debebit. ne eius cratem minus soli
dam: vis interflui corrũpat humo
ris. Qui vero volũt quibusdã an
nis habere pratũ: ⁊ aliis segetes eti
am ex terris macris: cũ irrigatione
optime faciũt hocmodo. Immittũt
in agrum aquam turbidam: vt ex
terra noua sulci repleantur: ⁊ ager
equetur. ⁊ fiet optimũ pratum sine
satione herbarũ. Et si taliter dimit
tatur ꝑ quattuor vel quinq̃ annos:
⁊ postea aretur omni anno vsq̃ ad
quinq̃ ãnos vel sex: poterit ɔgrue
de frumento seri. ⁊ meliꝰ si post du
os annos genus segetis transmute
tur. Qui aũt volũt vno anno ha
bere frumentũ: ⁊ sequenti pratum.
cõuenienter hocmõ procurãt. Im
mittunt enĩ aquã in agro extracta
blaua. ibiq̃ dimittũt in estate ⁊ in
autumpno: si aeris fuerit siccitas.
sequenti vero estate cũ fenum seca
uerint: terram arrumpũt. ⁊ secũda
⁊ tertia vice arant ⁊ seminãt. Sʒ si
volũt etiã guaymẽ habere: nõ arãt
nisi circa finem Augusti extracto
guaymine. ⁊ tunc arrũpunt. ⁊ arãt
secũdo: ⁊ retrisant ⁊ seminãt. ⁊ tamẽ
bonũ frumentum inde prouenit.
Et quidã õni ãno seminãt. ⁊ tamẽ
herbam guayminis cum secis idest
stipulis colligũt hocmodo. scilʒ ꝙ
existente frumento in cãpis vel sta
tim post extractionẽ eius: mittunt
aquã in agrum potius clarã ꝙ̃ tur
bidam. ⁊ a pecore custodiũt. Deĩ
guaymen cũ stipula secant. ⁊ hye
me animalibꝰ prebent. que herbam
terũt. ⁊ de stipulis sibi lectũ ⁊ fimũ
faciũt. Stipula autẽ ⁊ herba secata
arãt semel ⁊ bis ⁊ tertio seminãt. et
ibi bonũ frumentũ vel aliã blauã
habent. Procurãtur aũt quia ex
pratis euellũtur õnia impedimẽta
quotiens nascũtur in eis. ⁊ etiã her
be pratis incongrue: precipue post
magnas pluuias que terram adeo
mollificauerit ꝙ herbe nocue radi
citus euellãtur. Plurimũ etiã con
fert pratis si tempore hyemali recẽ
ti fimẽtur letamine ad vbertatẽ her
barũ. Amplius si statim cũ seca
ta fuerint: fortiter irrigẽtur. ter aut
quater fructificabũt in ãno. Sed
cum vetusta fuerint muco coopta
radantur. Ad mucũ autẽ necan
dum asserit Paladius sepe cinerẽ
ingerendum. Qꝫ si sterilis omnino
factꝰ est locus: aretur pluries. ⁊ de
nuo equatus formet pratum.

Qualiter fenũ colligatur ⁊ cõser
uetur. ⁊ de vtilitate eius.

Ecanda sunt prata cum
herbe ad debitũ augmen
tum puenerint: floresq̃
cõpleuerit. anteq̃ ad ca
sum florũ ⁊ foliorũ ⁊ siccitatẽ pue
nerint. Nã si maturius secetur: erit
fenũ aquosum. nõ prebẽs solidum
nutrimẽtũ equis ⁊ bobus laborem
tollerãtibus. Et si nimis fuerit ma
turũ: calore ⁊ humiditate naturali
consumptis: erit insipidũ: modicũ

⁊ abhominabile nutrimentū anima libus prebēs. Sunt autē secāda tempore sereno. cū aeris caliditas ⁊ siccitas duratura speratur. Secatum vero in pratis dimittendū est p vnum vel duos dies anteq̄ᵹ voluatur. Deinde voluēdum ⁊ oueni enter siccandū. demū colligendum portandū ⁊ reponēdum sub tectis. quibus deficientibus sub diuo ponatur. taliter preparatū q̄ aqua in eum intrare nequeat. Q̄ si eo nouiter in pratis secato pluuia supuenerit anteq̄ᵹ voluatur: modicum vel nihil leditur. Sꝫ ut ayt Paladiꝰ post pluuiam debet cōuerti anteq̄ᵹ pars ipius summa siccetur: siue iā fuerit siue non fuerit reuolutū. Si vero eo reuoluto supueniat: omnīo destruit' nullius vtilitatis existēs.

Vtilitas feni est vt toto āno seruetur. quod etiā p bienniū omode seruari potest. ⁊ bobus equis ⁊ azinis ⁊ q̄busdā aliis animalibus nutrimentū cōgruū prebet. vt possint sustinere labores: qui eis ꝑpter necessitates hominū iniūgūtur. Quibus vero tēpe niuiū subuenit. quo de terra nutrimētū sumere nequeūt Q̄ si fenū subtile frondosum odoriferū ⁊ laudabile fuerit: erit quasi annona solū animalibus tam calido q̄ᵹ frigido tempore sufficiēs ad laborem. Si vero fuerit fenū grossum paludale aut nimis mature aut sero secatum: nō erit sufficiens animalibus multū laborē tollerātibus. nisi eis ānonis auxilio aliq̄ū succurratur. Vel nisi tempore magni frigoris detur. in quo animalia nō laborāt. ⁊ ōne pabulū auidius appetunt.

Incipit secunda pars libri. vii.
De nemoribus que naturaliter prouenīūt.

Dico ī primis q̄ nemora vel naturaliter prouenīūt vel hominū industria īstituūtur. Et que a natura ꝓducuntur: fiūt ex humore ⁊ semine in matrice terre cōtentis. que virtute celesti erūpunt ad superficiē terre. et erigūtur in stipites diuersarū plantarum: secūdum diuersitatē hūoris seminis: ⁊ locoꝝ in quibꝰ ꝓueniūt Fiūt etiā sine hominis ministerio: ex seminibus que a propinquis arboribus in terram decidūt. aut ab auibus vel fluminibus delonge feruntur. In alpibus vero naturaliter crescūt silue piellarū maximarum ⁊ fragorū. castanearū ⁊ quercuū cedrorū et similiū. In locis vero depressis ⁊ paludosis sponte nascūtur salices populi ⁊ alni. canne siluestres videcti ⁊ similes plante. In pluribus aūt locis nascūtur naturaliter ⁊ infinita spineta diuersorum generum. ⁊ piri ⁊ mali sorbi vlmi fraxini opli et similes arbores. Et quāto pinguior erit terra: tāto ꝓceriores proueniūt arbores. In macra vero et salsa vel amara nascētur spineta ⁊ arbores pue tortuose spinose scabrose ⁊ vspide.

Hec autē nemora procuranda sunt diuersimode. nam ea in q̄bus sunt castanee piri ⁊ mali ⁊ similes arbores fructum ferentes: extirpanda ⁊ purganda sunt ab ōnibus spinetis ⁊ plantis extraneis. ⁊ fructifere arbores rarificande vbi nimis spisse fuerint. ⁊ incidende in altiori loco

q̄ bestie attingere possint. ⁊ ex plā
tis domesticis ⁊ nobilibus inseren
de. secūdum doctrinam traditā in
libro 2° cū de insitionibus locutus
fui. Ea vero que aliis arboribus
et spinetis occupata sunt: si arbo
res nobiles ⁊ pulcras habuerint e
dificiis ⁊ aliis operibus aptas: si
militer sunt extirpanda. et vbi ni
mis spissa fuerint sublatis turpio
ribus lignis: rarificāda paulisper.
vt omnis humor cōuertatur totali
ter in substantiam lignorum melio
rum. Ea vero in quibus sunt arbo
res igni solūmodo cōgrue: nō sunt
mouenda. nisi forsan spinis purgē
tur ⁊ tribulis. que quolibet quinto
aut sexto vel rarioribus ānis sunt
incidēda ⁊ liguamina aggregāda.

De nemoribus que hominū in
dustria fiunt.

Qui cupit nemus seu sil
uam plantare vel serere.
cōsideret primo situm. ⁊
naturā terre in qua face
re siluam instituit. ⁊ vbiq̄ tales cō
serat arbores: q̄ illi loco conueniant.
⁊ tādem institutis votū adimple
ant. Nam si fuerit in altis alpibus
aut earū vallibus: siquidē soluta
terra est cōgrue recipiet plantas et
semina castanearū: q̄ ad minus. xl.
pedibus abinuicem distare debebūt
Si vero terra cretosa vel lapidosa
in talibus locis extiterit: ei cōpetūt
precipue quercus rouer ⁊ cerrus.
Qꝫ si talis terra fuerit in mōtibus
calidis remotis ab alpibus: amig
dala sibi conuenienter aptātur. Qꝫ
si loca sint pinguia cōgrue recipiēt
piraria ⁊ pomaria. ⁊ i locis calidis
oliuetum ⁊ ficetū ⁊ malorūgranato
rum siluam. In frigidis vero ⁊ tē
peratis auelanas coctana ⁊ mespi
la. Si vero locus fuerit humid9
⁊ depressus solut9: cōuenientius re
cipiet salicetū albacetū alnum ⁊ po
pulum. Et si cretosus talis locus
extiterit: ei conueniet vlmetū fraxine
tum oplus ⁊ rouer. Qꝫ si locus ma
rinus arenosus ⁊ quasi sterilis extī
terit: desiderat pinetū. ⁊ in calidis
climatibus: palmā feminā ⁊ mascu
lum. Instituūtur autem predicā
omnia vel ex plantis aliūde trāsla
tis. vel seminibus satis: aut manu
in locis congruis plātatis. Nō
tamen ignores q̄ castanee. xl. pedi
bus ad min9 quaq̄ versum dista
re debebūt. nec in ramis possint cō
grue dilatari: ⁊ plurimū fructū fer
re. Quercus vero nō min9 distare
conueniet. quia naturaliter plurimū
p latera se diffundit. Rouer ⁊ cer
rum. xxx. pedibus: aut paucioribus
distare sufficiet. Hec eni tria gene
ra arborꝫ glandē ferunt. que cibus
optim9 est porcorū. Piraria ve
ro ⁊ pomaria. xx. pedib9 vel vsq̄
ad. xxx. distabūt. oliuetū fic9 ma
lagranata auelane citonia et mespi
la. xii. ⁊ vsq̄ ad. xx. pedes distare
poterūt. Salicetū vero aut propter
pticas aut vimina aut ꝑpter mate
riā edificiorum plantatur. Primo
quidem mō. x. pedibus abinuicem
distēt. secūdo vero mō p duos aut
tres vel quatuor pedes distare suf
ficiet. quia eius spissitudo in altū
procurabit rectitudinē ⁊ augmētū.
populus aūt ⁊ alnus quia nō mul
tū se diffundūt in altū: nec natura
liter extollūt nō sunt rare ponēde

Sed albarus utilior est si igrosset in stipite. propter assides que mul tis operibus congrue ex ipo fient. et preterea ramos plurimū in latera spergit. Ideoqz nō couenieter usqz ad. xx. pedes vel amplius sepata plantetur. que etiā ex quibusdā ta chis aliqd corticis habētibus sum ma facilitate nascetur. Possunt etiā spisse poni: ut trabes sine ramis faciant subtiles et longos. Ulmus autem oplus et fraxinus nō ogrue spisse lateqz poni possunt: quia tā grosse qz subtiles et lōge tales arbo res diuersis operibus adaptātur. Pinus vero et palma circa. xxx. pe des distare abinuicē satis congrue possunt. De singulis autē generi bus arbor predictarū plene tracta tum est in libro quinto: prout dis ponuntur in campestribus agris. Nunc vero prout ex eis nemora fiūt et silue: breuiter de ipsis tetigis se sufficiat.

Incipit liber octauus. De viri dariis et rebus delectabilibus: ex arboribus et herbis et fructu ipsarū artificiose agendis.

N superioribus li bris tractatū est de arboribus et herbis secundum qz utilia corpori hūano exis tāt. Nunc vero de eisdem dicendū est secundū qz ani me rationali delectationē afferūt. et osequenter corporis salutē cōser uāt. quia oplexio corporis: anime semper adheret affectui.

De viridariis herbarū puis.

Uiridaria quedam ex her bis tantū. quedam ex ar boribus. et qdam ex utro qz fieri possunt. Et que de herbis solūmodo fiūt: desiderāt terram macrā et solidam. ut herbas subtiles et capillares creare possint q maxime visum delectāt. Opor tet igit locū qui ad viridariū tale paratur: primo bene liberari ab her bis et radicibus adulterinis et mag nis. quod vix fieri potest nisi pri mū effossis radicibus optime pla netur locus. et ubiqz fortiter infun dat aqua feruētissima: ut reliquie radicum et seminū in terra latenti um germinare nullatenus valeāt. et deinde cespite macro subtilis graminis totus locus impleatur. et ipi cespites fortissime cōpriman tur ligneis maleis. et cōculcent gra mina pedibus: donec vix de eis a liquid appareat. tunc enī paulatim erumpent capillariter et supficiem ad modū panni viridis operient. Sit autē locus viridarii quadratus. tante mensure: qz sufficiat his qui in eo stare debebūt. In circuitu ve ro eius: herbe aromatice omniū ge nerū plantētur. ut sunt ruta saluia basilicō maiorana menta et similes Et similiter omnis generis flores. sicut viola liliū rosa gladiolus et similia. Inter quas herbas et cespi tem planū: sit cespes eleuatior: qsi per modū sediliū aptatus florens et amenus. In cespite etiā otra viā solis plantande sunt arbores. aut vites ducende. ex quarū frōdibus quasi protectus cespes umbram ha beat delectabilem et refrigerantem. In arboribus aūt illis plus querit

vmbra quam fructus. ꝛ ideo nō cura tur de eoꝝ fossura ꝛ fimatione: q̄ cespiti nocumentū afferrent. Ca uendū ē autē in his ne sint arbores nimis spisse: aut plurime secūdum numerū. quoniā ablatio aure sani tatem corrūpit. Et ideo viridariū liberū aerem desiderat: ꝛ superflua vmbra īfirmitates generat. Am plius non sint arbores male sicut nux ꝛ quedā alie. sed sint dulces a romatice in flore ꝛ iocunde in vm bra sicut sunt vites ꝛ piri ꝛ mali et malapunica ꝛ lauri ꝛ cypressi ꝛ hu iusmodi. Post cespitē sit magna herbarū medicinaliū ꝛ aromaticaꝝ diuersitas. cū nō tantūmodo delec tent ex odore secūdum olfactū. sed ꝛ flores diuersitate reficiūt visum: in quibus ruta pluribus locis ad misceatur: eo q̄ pulcre est viridita tis. ꝛ ipsa sua amaritudine fugat extra viridariū animalia veneno sa. In medio aūt cespitis nihil sit arboꝝ. sed potius ipa planicies li bero gaudeat aere ꝛ sincero. quia ꝛ ille aer salubrior est. ꝛ etiā araneaꝝ tele extense de ramo arboris ad ra mū: impedirent ꝛ inficerēt vultus transeūtium: si arbores ī medio vi ridarii siue cespitis plātate essent. Si autē possibile sit: fons purissi mus deriuetur in mediū. quia ipi⁹ puritas multā affert iocunditatē. Ad aqlonē ꝛ etiā ad oriētē: virida riū sit patulū. propter illoꝝ vētoꝝ sanitatē ꝛ puritatē. Ad oppositos autē ventos scilicet meridionalē et occidentalē sit clausum: propter eo rum ventoꝝ turbulentiā impurita tem ꝛ infirmitatē. q̄uis eni aquilo naris impediat fructus: miro tamē modo cōseruat spiritus. ꝛ sanitatē custodit. delectatio enim queritur in viridario ꝛ nō fructus.

De viridariis mediocriū perso narū magnis ꝛ mediocribus.

Secundum facultates et dignitatem mediocriū p sonarū mēsuretur spaciū terre viridario deputan de. videlicȝ duo uel tria vel q̄tuor aut plura iugera siue bubulce. Cin gatur fossatis: ꝛ sepibus spinoꝝū vel rosarum. ꝛ desup fiat sepis de malispunicis in locis calidis. ꝛ in frigidis de mizolis. seu prunis vel malis citoniis. Aretur ꝛ erpece vel ligonibus planetur vndiq̄ locus. deinde funiculo vniuersus signet locus: vbi arbores sunt plātande. plantētur in eo acies piroꝝ ꝛ malo rum ꝛ palmarum in locis calidis ꝛ cicomorū. Itē moroꝝ cerasorum ꝛ prunoꝝ ꝛ similiū arboꝝ nobiliū ut ficuū mizolorū cicomorū ꝛ similiū Vnūquodq̄ videlicet gen⁹ in suo ordine siue acie. Distent autē ordi nes siue acies. xx. pedibus ad mi nus vel. xl. aut pluribus pro dñi volūtate. In acie distent arbores abīuicem magne. xx. pedibus. pue x. Inter arbores in aciebus plan tari poterūt vites nobiles diuerso rum generū. que delectationē ꝛ vti litatem afferent. Ligonizentur a cies: vt arbores ꝛ vites melius cō ualescāt. ꝛ vniuersa spacia deputē tur pratis. atq̄ sepe de ipis adulte rine siue magne euellantur herbe. Secētur bis in anno prata virida rii: vt pulcriora remaneant. Plā tentur ꝛ formētur arbores vt supra

in libro quinto dictū est: p ordinē
de vno genere. Item fiant in eo p
gularia in cōuenientiori pte: ad mo
dū dom9 vel papilionis formata.

De viridariis regum. 7 aliorum
illustrium 7 diuitū dominorum.

Voniā tales persone ,pp
ter eoꝝ diuitias 7 potē
tiā: possunt in huiꝰmōi
mūdanis rebus integre
sue satisfacere volūtati: nec deē eis
plerūq; nisi industria ordinandi.
Sciāt q viridariū multā delectati
onē habēs: hocmō facere possunt.
Eligāt igitur locū planū. nō pa
ludosum. neq; impeditū ab isuffla
tione bonoꝝ ventorum. in quo sit
fluens fons p loca. Sit autē locus
xx. iugerū. aut plurīū pro domini
voluntate. Cingatur muris cō
uenienter altis. plantetur in eo ex
parte septētrionis nemus arborum
diuersarū. in quo fugiant 7 lateāt
animalia siluestria in viridario po
sita. Ex parte vero meridiei fiat
palaciū speciosum. in quo rex vel
regina morentur cū voluerint gra
ues cogitationes fugere. animāq;
gaudiis et solaciis renouare. Ab
hac enī parte faciet estiuo tempore
ūbrā viridario. 7 ipiꝰ fenestre ad
viridariū hēbūt tpatū aspectū: nō
feruore solis infectū. in eo fiat in a
liqua pte viridariū vel viridaria
supradicta. Fiat etiā in eodē pis
cheria. in qua diuersa genera pisci
um nutriantur. Lepores cerui ca
prioli caniculi et similia animalia
non rapacia ponantur in eo. Su
pra quasdam arbusculas prope pa
laciū positas: fiat sicut domꝰ que
dam tectū 7 parietes habēs: de filo
rameo spisse reticulato. in qua po
nantur fasiani perdices philomene
meruli cardilini faynelli 7 omnia
genera auicularū canentiū. Sint
aūt acies arboꝝ viridarii a palacio
ad nemus non ex transuerso. vt fa
cilius de palacio videantur: q̄cūq;
agunt animalia que in viridario
posita sunt. Fiat etiā in dicto viri
dario palaciū cū caminatis 7 came
ris de solis arboribꝰ: ī quo possint
rex vel regina cū baronibꝰ vel do
minabus esse tempore non pluuio
so. Huiusmōi autē palaciū fieri
comode poterit tali modo. Mensu
rētur 7 signētur spacia vniuersa ca
minate 7 camerarū. 7 in locis parie
tū plantentur arbores fructifere si
placet: que facile crescāt vt sunt ce
rasa 7 mali. Vel quod melius est:
plantentur ibi salices vel bedulli
vel vlmi. 7 tam insitionibus q̄ pa
lis 7 perticis 7 vinculis per plures
annos eoꝝ procuretur augmentū:
intantū q parietes 7 tectū forment
ex eis. Velocius vero 7 facilius
poterit palaciū siue domus predcā
fieri de liguamine sicco. 7 vndiq;
circa ipm plantari vites 7 vniuer
sum edificiū operiri. Poterit etiā
in ipo viridario fieri tentoria mag
na de liguamine sicco vel arboribꝰ
viridibus. 7 vitibus operiri. Am
pliꝰ multā afferet delectationē: si
in viridario fient insitiones mira
biles 7 diuerse in eisdem arboribꝰ:
quas diligens viridarii cultor faci
le scire poterit ex his que infra in
eodem libro dicetur. Preterea sci
re oportet q omnia genera arborū
et herbarum in tali viridario sunt

ponenda: vnūquodq̧ sepatum ab alio ⁊ distinctum: ne inueniatur ha bere defectū. In tali itaq̧ viridari o nō semper delectetur rex. sed ali quando cū seriis necessariisq̧ satis fecerit rebus: renouet᷑ in eo glorifi cans deum excelsum. qui bonarū omniū delectationū auctor princi piū est et causa. Nam vt egregie scripsit Tulius: nō ad ludū ⁊ iocū nati sumus. sed ad seueritatē potī us ⁊ quedam officia grauiora. Il lo tamē vti quādoq̧ licet cū seriis necessariis satisfecerimus rebus.

De his que ad delectationē fieri possunt in munitionibus curiarū et viridariorum.

Irca tumbas ⁊ curias si ne circa viridaria: ꝯgrue fieri possunt munitiōes ex arboribus viridibus similes munitionibus muroꝝ seu palanchati vel stertare cū turribus siue bitifredis hocmodo. in summi tate riparū cingentiū locū liberata rū optime ab omnibus spinis ⁊ ar boribus vetustis ꝓfunde plantēt᷑ salices uel populi: si solum cōpetat eis. vel vlmi si diligant talē terrā. spisse p vnū pedem vel minus: et linea recta ducta. hec optime ligo nibus ⁊ stercore procurentur. ⁊ cū optime ꝯualuerint icidātur iuxta terrā. ⁊ sequēti āno surculoꝝ ꝓles p loca lineis quaternis inspissent᷑: ⁊ cum palis pticis et vinculis sur sum ducantur directe: donec aug mentū octo uel decem pedū suscepe rint. In ea altitudine cum aliquali ter ingrossate fuerint incidantur. Infra loca vero munitionis p qui q̧ pedes vel circa: similes plante tempore prioꝝ ponātur. x. pedib⁹ eque distantes. que cū in predicta fuerint altitudine incidantur. ⁊ cū auxilio pticarū versus proximas ⁊ versus exteriores plicētur plātas: ⁊ exteriores similiter versus eas. et sic totiēs quolibet anno fiat: donec quasi cratis quedā fortis effcā sit: supra quā possint homines secure morari. deinde pars exterior dimit tat᷑ augeri ad modum muri: supra cursoriū positi. q̄ in altitudine con grua quolibꝫ anno incidi cū forma merloꝝ super muris positoꝝ pote rit. ⁊ tali mō teneri. Circa talem munitionē in angulis ⁊ alibi si pla cuerit: poterūt q̄tuor arbores plāta ri. ⁊ sursum directe cōduci ⁊ singu lis. x. pedibus incidi. ⁊ vers⁹ seip sas plicari: cū auxilio pticaꝝ. ⁊ ve lud solaria ex eisdem fieri. ⁊ iterū in altū extolli: ⁊ eodēmodo formā ri. ⁊ tādem desup plicari ad modū tecti domoꝝ. vel cū merlis forma ri. Supra ianuā vero optime stabit domus. ⁊ ante ipsam solariū arboꝝ predictarū. In curiis etiam siue viridariis potest fieri domus: cum columnis viridibus. ipsis iā gros sis optime transplātatis. ⁊ trabib⁹ supra ipsas affixis. et tecto canna rum vel palearū optis. dū aliquis tamen ramus ex singulis colūnis emineat supra tectū. qui ipsam co lumnā semp ab ariditate tuebitur: ⁊ domum ipsam mirabiliter ab es tiuo feruore defendet.

De his q̄ in campestribus agris fieri ad delectationem possunt.

N agris plurimū delec
tat pulcer ipsorū situs.
Amplius ꝙ nō sint plu
res deformes agelli. sed
magna quantitas in vnū sine inter
uallo redacta: directos habens ↄfi
nes. ⁊ ideo procurare debet diligēs
paterfamilias prope suos agros po
tius ꝙ̄ alibi emere. ⁊ in aliis parti
bus agellos vendere. ⁊ cū vicinis
ꝑmutare partes superfluas ⁊ tortu
osas agrorū. ⁊ suū agrū cū vicino
rectificare. ⁊ omnē locū fossatis et
sepibus spinoꝝ viridiū cū arbori
bus viridibus cōueniētibus ꝑmix
tim eque distantibus cingere. atq̨
fossata ꝑua scolatoria que in pla
nis necessaria sunt intrinseca recta
formare: quātū possibile est. serua
ta semper vtilitate agroꝝ. delectati
onem enī vtilitas precedere debet
in agris: licꝫ in viridariis optimū
sit seruādū. et iō quecūq̨ in eis ma
iorē frugū pollicētur vbertatē: sunt
meliora ⁊ magis eligēda. Ampli
us ꝓcuretur pro posse ꝙ per agros
aquarū riui decurrant. quibus pos
sint cū opꝰ fuerit irrigari. ⁊ ab eis
cū necessariū sit auerti. Per spa
ciosos agros formētur etiā itinera
congrua: qbus paterfamilias eq̄s
et pedes et coloni cū plaustris aut
bobus ↄmode accedere possint ad
omnes partes agrorū. hec enī ōnia
plurimū cū vtilitate delectant.

De his que circa vites ⁊ fructꝰ
ipsarum delectationē prebent.

Lurimū delectat habere
pulcra vineta in planis
siue in paruis mōtibus
orienti opposita: diuerso
rum generū vuas ferentia. et ideo
diligēter procuret dominꝰ ea in cō
gruo situ plātare. ⁊ in locis pingui
bus in arboribꝰ ⁊ ꝑgulariis ea for
mare. In exilibus vero iuxta so
lum in directis aciebus disponere.
atq̨ plurimū bonoꝝ generū vuas
in his conserere. Insitionesq̨ mira
biles in eisdem experiri. que ab an
tiquis sapiētibus ⁊ precipue a Pa
ladio: posse fieri predicantur. Qua
rū vnꝰ modus ē: ꝙ plātetur vitis
iuxta cerasum vel aliā arborē. ⁊ cū
optime cōprehenderit ⁊ cōualuerit
perforetur arbor acuto terebro. ⁊ ꝑ
foramen vitis ducatur. ⁊ cerasum
luto ab vtraq̨ parte obturetur fir
miter: ne sol aut pluuia vel vētus
consolidationē impediat. Deinde
cū lignū vitis optime cum ligno ar
boris vnitū fuerit: iuxta corticē ar
boris incidatur vitis: vt deinceps
suco arboris nutriatur. sic enī vua
fertur tempore fructuū arboris ma
turari. Est quidam modus faci
endi vitem ⁊ vuā tyriacā. aut mus
catam. vel gariofilatam. vel laxati
uam. uel alteriꝰ qualitatis. Qui sic
fit. Sarmentū quod est pangendū
in vna ꝑte scindatur. ⁊ sublata me
dulla: loco eius tyriaca vel muscꝰ
puluis gariofiloꝝ vel scamonee:
vel alterius rei ponatur. ⁊ terre mā
detur: vinculo diligenter astrictū.
quo facto. vua que nascetur: virtu
tem eius quod in vite positū est te
nebit. Sane si sarmētū de hac vite
sumetur ⁊ plantetur: materni medi
caminis potētiā nō tenebit. oporte
bit aūt tyriace vel alterius rei assi
dua infusione senescētis suci vim
reiterare. Sꝫ ⁊ hoc idē fieri breuiꝰ

puto possibile si in initio maturita
tis vuarũ scindatur sarmẽtum vue
pendentis: ⁊ medicamine immisso
ligetur. Est quedam pulcra spe
cies vue que granis iterioribus ca
ret. que grecis auctoribus fit: reci
tãte Paladio sic. Sarmentũ quod
obruendũ est quantũ latebit in ter
ra tantũ scindere debemus: vt õni
medulla subtracta ac diligenter ex
culta: mẽbra iterũ diuise ptis adu
nare ⁊ vinculo diuisa constringere
⁊ deponere. Vinculũ autẽ de papi
ro asserunt faciendũ. ⁊ sic in hũida
ẽ terra ponendũ. Diligẽtius quidẽ
sarmentũ reuinctũ: quantũ incisum
aut excisum inter squille bulbũ de
mergant. cui⁹ beneficio asserunt sa
ta omnia cõphendere posse faci
lius. Alii tẽpore quo vites pu
tant: sarmentũ frugiferũ putate vi
tis in ipa vite quam possunt de al
to sublata medulla excauant nõ di
uisim. ⁊ calamo affixo alligant: ne
possit inuerti. tũc copon tenaycon
quod greci sic appellant in excaua
ta parte suffundũt. ex aqua prius
ad sape pinguedinẽ resolutum. ⁊
hoc transactis octenis diebus sem
per renouãt: donec vitis germina
nouella procedant. Vt vitis bo
triones ferat albos ⁊ nigros: sic fie
ri greci iusserũt. Si vicine sunt vi
tes nigra ⁊ alba putentur: sarmẽta
vtriusq3 sic diuisa inter se cõiũge:
vt medios vtriusq3 oculos equan
do possis reddere vnitati. tũc papi
ro stricto ligabis. ⁊ molli atq3 hũi
da terra linire curabis. ⁊ iteriectis
trinis diebus adaquare donec ger
men noue frondis erũpit. hinc ex
empto tempore poteris genus effi
cere per plura sarmẽta. Quidã
expt⁹ mihi asseruit se inseruisse sur
culũ album ⁊ nigrum in vna vite
cõtinuatis summitatibus gẽmaꝝ:
corticula tamẽ gemmarũ de medio
sublata. ⁊ optime cõphendisse.
Vel potest hoc fieri exceptis duo
bus surculis ⁊ diuersis: ⁊ iũctis o
culis diuisis simul et optime liga
tis tanq3 sit vnus surculus. uel du
abus gemmis diuisis ⁊ iũctis cum
modica quãtitate ligni: et in loco
gemme insertis. Plurimũ etiã de
lectat habere vineã diuersoꝝ gene
rũ colorum ⁊ saporũ. ⁊ iõ diligens
paterfamilias tempestiue quasdã
colligat vuas: vt vinũ habeat acer
bum. quasdã bene maturas vt po
tẽs. quasdã nimiũ maturas vt dul
ce. Faciat etiã vina diuersoꝝ colo
ꝝ cũ rebus colorãtibus ⁊ saporem
nõ corrũpentibus. Faciat etiã ea di
uersoꝝ saporum cũ rebus odorife
ris. ⁊ saporẽ nouũ retribuentibus.
in quibus delectet odor ⁊ gustus.
que in aliqua parte mixti in calda
rio ad ignem mittantur: ⁊ dimittã
tur donec optime vinũ illo sapore
vel odore infectũ fuerit. ⁊ tunc in
vas in quo sit simile vinũ vel alte
rius generis immittat. ⁊ seruetur
vsui mox futurum. Bonũ ẽ etiã
habere medicinalia vina. quib⁹ v
tatur cuius corpus ad aliquã egri
tudinẽ facile sit declinans. hoc qui
dem fiet cũ medicine simplices uel
cõposite contra illã egritudinẽ ha
bentes virtutẽ: predicto modo mis
cebũtur vino. Procuret etiã sem
per habere in domo agrestũ ⁊ sapam
vuas passas acetũ ⁊ similia. que fa
cias secundũ modos supra in libro

quarto notatoȝ. Multū eniᵐ delcāt animū tam pro se q̄ȝ pro amicis. q̄ appetit facile inuenire. Si botrio postq̄ȝ defloruit mittatur in vasculū terreū vel vitreū puū tū: ex toto botrione dicitᵘ fieri vnū granū.

De his que circa arbores delectationem augent.

Ex his que patremfamilias delectāt: est habere in locis suis copiam bonarū arboꝝ ⁊ generū diuersoꝝ. Et iō procurare debet vbicūq̄ȝ inuenit arbores nobiles afferētes fructus. inde ad loca sua transferre et plantare siue inserere de eisdem. ⁊ non inordinate vt fere omnes faciūt: eas disponat. sed in cōgruis ordinib⁹ videlicet magnarū arborum genera rara. vt ī ramis dilatari possint. ⁊ superfluis vmbris non consumant fertilitatem agroꝝ. Eas vero que pue sua natura proueiūt: spissiores ponere potest. Et vnumquodq̄ȝ genus formare secūdum naturam ipsius. Ampli⁹ maiores a partib⁹ septentrionis ⁊ occidentis ponere debȝ. Minores vero ab oriente ⁊ meridie. hoc eni mo do: frumenta que patenti letantur campo: minorem sentiēt lesionem. Preterea insitiones faciat mirabiles ⁊ diuersas in eodem vel diuersis trūcis: que valde ammirabiles se ostendunt his qui experimento ī talibus probant. Nam īfinitorum pirorum ⁊ malorum genera et cicomorum et vespuli et sorbarum et similium: ī eodem trunco inseri possunt. Inseritur etiam malus in salice ⁊ populo. ⁊ vitis in vlmo ⁊ moro. Item si persicus inseratur in spinā faginā: proueniunt escula maiora ⁊ meliora aliis. Et si amigdalus ⁊ persicus cōiunctis oculis inserantur in pruno: erunt coꝝ poma carnem persicoꝝ habētia. ⁊ ipsorum ossa imitabuntur amigdaloꝝ naturā. Morus etiā inseri potest in vlmo: sed magne pturit infelicitatis augmenta. Asserit Marcialis cādida grana in malispunicis fieri: si argille ⁊ crete quartā partē gypsi misceas: ⁊ toto triennio hoc genus terre radicib⁹ ei⁹ adiūgas. Idē dicit mire magnitudinis ei⁹ poma fieri: si olla fictilis obruatur circa arborē punici. ⁊ in ea ramus cū flore claudatur ne resiliat ligatus ad palum. tūc coopta olla cōtra aque muniatur incursus: autūpno pate fcā sue magnitudinis exhibebit poma. sed etiā de mēse Mai ⁊ Junii posse fieri ꝯmodius affirmatur. Varro autē aliter specificat modū dicens. Si malapunica immatura cū hereant in sua virga demerseris in ollam sine fundo. ea que sic ob ieceris in terram: ⁊ opieris circa ramū ne extrīsecus spūs afflet. ea nō modo integra eximi: sed etiā maiora q̄ȝ in arbore vnq̄ȝ pependerūt.

Vt varios fruct⁹ vna ficus exhibeat. ramos duos nigre ⁊ albe ita ī ter se vīculo stringe ac torques: vt germina miscere cogantur. sic obrutī ⁊ stercorati ⁊ hūorib⁹ vici vbi prodire ceperit germinātes oculos aliqua sibi annexione cōglutina. tūc germen adunatū pturiet duos colores quos vnitate diuidat: ⁊ diuisione ꝯiungat. Rosas nōdū patefactas hocmodo seruabis. In

canna viridi stante scissa recludas ita vt patiaris coire scissurã. et eo tempore cannã recidas quo rosas virides habere volueris. Aliqui olla rudi conditas ac bene minutas: sub diuo obruũt ⁊ reseruãt. Cerasa ut sine ossibus nascãtur sic asserit Marcialis fiendũ. Arborẽ tenuem ad duos pedes recides. et eã sic teneram existẽtem vsq ad radicẽ findes. Medullã partis vtriusq abradere ferro curabis. ⁊ stati vtrasq partes vinculo stringes. et oblinis fimo summã ptem ⁊ laterũ diuisuras. ⁊ post annum solidatur dicta cycatrix. hãc arborem surculis qui adhuc fructũ nõ attulerint inseres. ⁊ ex his sine ossibus poma nascẽtur. Si ramus puus cerasi scindatur: ⁊ loco medulle ponatur scamonea. fructus illi9 rami eo anno laxandi virtutẽ acquiret. Et si muscus ponatur ibidẽ: eius acquiret odorẽ. ⁊ sic de aliis reb9 et fructibus. Et si azurrum ponatur ibidem vel alius color: illius colorẽ acquiret. Affirmantibus grecis persic9 scripta nascetur: si ossa ei9 obruas ⁊ post septem dies vbi patefieri ceperint apertis his nucleos tollas ⁊ his cynabori qdlibet inscribas mox ligatos simul cũ suis ossibus obruas diligẽtius adherẽtes.

Sine ossibus persica fiũt: si psicus ⁊ salix prope plantẽtur: deinde inclinata salice ad modũ arcus perforetur in medio. ⁊ p foramẽ psici plãta ponatur. ⁊ cera vel luto pfecte obturetur foramẽ. Et vsq supra ipm terra cumuletur. ⁊ cũ ãno vel biennio trãsacto persici ⁊ salicis lignum vnitũ fuerit: sub arcu salicis persicus incidatur: vt ex solo salicis humore alatur.

De delcãtionib9 ortoꝝ ⁊ herbaꝝ.

Quoniam multi delectat ortũ bene dispositũ ⁊ industria sufficienti cultũ habere. Ideo paterfamilias diligẽter procuret habere ortũ in solo pigui ⁊ soluto. cui fons vel riuus si fieri potest p spacia discreta diffluat: vt possit inde irrigari tempe magni estus. Ibi omnia genera herbaꝝ bonaꝝ tam comestibiliũ q̃ medicinalium nutriat vnũ quodq secundum q requirit natura eius in areis rectis. ⁊ cũ extenso fune ⁊ latitudinis modo formatis equaliter: prout i libro sexto plene traditũ est. Fimum in eo semp habeat habũdanter. ne propter macredinẽ tedio cõspiciẽtem afficiat. Et ut pleni9 delectetur: res inusitatas operetur in eo. Possunt eni in eis quedã naturalia fieri que qbusdã miraculosa videtur. Nam si caprini stercoris bacam subtiliter subula excauaueris: ⁊ in ea semẽ lactuce nasturcii eruce radicis immiseris: ⁊ tũc inuolutã fimo bacam terre optime culte breui scrobe demerseris: rafanus vertit in radicem: semina cetera in summo: lactuca pariter emergẽte prosiliũt. singuloꝝ sapore seruato. Si plura semia porrorũ idest plures porrinas in vnũ ligatas deposueris: grandis exõnibus nascetur porrus. Item si capiti eius semen immittas sine ferro ⁊ pãgas: multũ increscere fertur. vel plura semina in vnum strictũ foramẽ posita: õniũ pullulatio in vnũ

grande porrū ocrescet. Si aquā in patēti vasculo sub cucumere vel citrullo aut cucurbita ponas duobus palmis inferiorem: tales fient. Aliqui florē cucumeris cū viticule sue capite absciso. Intelligit Albertꝰ canne inserūt. cui prius ōnes nodos perforauerāt. ibi cucumer nascetur nimia lōgitudine tēsus. Oleū sic metuit: vt si iuxta posueris velut arcus plicetur. quotiens tonat velut timore ductus ouertitur. Si eius florem sicut in vite sua est in forma fictili clauseris ac ligaueris qualis vultus formā vel hominis vel animalis habuerit: talē cucumeris figuram prestabit. Hec omnia Gargiliꝰ marcialis asseruit. Rē mirā de azimo. Marcialis affirmat ꝙ modo purpureos mō albos flores modo roseos. et si ex eo semine frequēter seratur: modo in serpillū ⁊ mō in sinsibrum mutetur. Hermes autē dicit: ꝙ cucurbita in cineribus ossium humanorū plantata ⁊ oleo rigata: nono die hꝫ fructum. Et quod mirabile est: semina que in vase cucurbite sunt in sublimi nata faciūt cucurbitas longas ⁊ exiles. q̄ aūt in medio eius nascūtur: faciūt grossas. Et que in profundo iacent: faciūt latas.

Incipit liber nonus.

De ōnibus animalibꝰ q̄ nutriūtur in rure.

In superioribus libris dictum est de cultu agrorū vinearum arborū ortorū pratorū ⁊ nemorū. ⁊ de omni vtilitate eius. Et etiam de his que ad delectationē spectāt tam in viridariis ꝙ̄ mirabilibꝰ ex herbis ⁊ arboribus artificiose agēdis. In hoc autē nono libro dicetur de animalibus que propter vtilitatem ⁊ delectationē nutriūtur in rure. Verū ne antiquitas ignoretur: sciendū est vt ayt Varro egregius philosophus: ꝙ primis temporibus fuerūt aīalia ⁊ homines semper qui naturaliter viuebāt ex his rebus quas inculta terra ferebat.

Ex hac vita in secundā descenderunt agriculturā videlꝫ ⁊ pastoriciam. Et propter vtilitatē ceperunt colere agros ⁊ fruct̄s pcipere. Plantare arbores vtiles ⁊ colligere fructus. Item deprehendere aīalia: cōcludere ⁊ māsuescere ipa. ⁊ primo ceperūt oues propter vtilitatē ⁊ facilitatē. He nāq3 maxime natura quiete sunt: ⁊ ad vitā hominū aptissime. Ad cibū enim: lac ⁊ caseꝰ competūt. Ad vestitū vero: pelles ⁊ lana. Deinde aūt ceperūt ⁊ domesticauerūt animalia cetera: que humano generi vtilia esse perpēderunt. ⁊ adhuc ex ōnibus generibꝰ dōesticatis: multa siluestria esse affirmantur in locis diuersis. Nam in frigia multe dicūtur esse ouium ferarū greges. in samocrate: capre. In ytalia multas esse sues feras: nemini est ignotū. In dardania media ⁊ tracia multi boues feri. Azini feri in fusia ⁊ cacinia. Equi feri in hispania citeriore. Dicam ita ꝙ̄ de animalibus nutriendis que scire potui. tam ex doctrina prudētum antiquorum ꝙ̄ expientia modernoꝝ. Et quia nō omnes p ōnia

ſꝫ certā p certa pitiores uel minꝰ pi
ti inueniūt᷑. ſupplemētū huiꝰ opis
relinquo viris maxime expertis in
talibus. Nam vt ayt philoſophꝰ:
Expientia facit artē ⁊ plenius ea
cui naturalis ratio eſt ānexa. Ve
rum quia inter cetera aīalia equus
cēſetur nobilior ⁊ magis ceteris ne
ceſſarius: tam regibus ⁊ aliis prin
cipibus tempore bellorū ⁊ pacis:
q̄ꝫ prelatis eccleſiarū. ⁊ p ɔſequēs
ceteris. Dicā primo de ipis pleniꝰ.
de ceteris ſub ɔpēdio. quibus mul
ta de genere equoꝝ dicta poterunt
adaptari. propter affinitatem na
ture ipſorum.

De etate equorū ⁊ equarum.

Reges equorū ⁊ equarū
qui habere voluerit: pri
mū vt ayt Varro ſpecta
re oportet etatē. Videat
ne ſint minores triū: maiores. x. an
norum. Etas cognoſcitur equo
rū ⁊ fere oīm q̄ vngulas idiſas hūt
⁊ etiā cornuta ſunt: vt idem ayt. ⁊
ſimiliter ut Paladius: ꝙ equus in
xxx. menſibus primū dentes medi
os dicitur amittere: duos ſupiores
et totidē inferiores. Incipiētes
quartum agere annū: eiciūt totidē
proximos. ⁊ primi eiecti totidē re
naſcuntur. Quito anno incipiēte:
amittūt ſimiliter quatuor: ſcilꝫ du
os ſuperiores ⁊ duos inferiores p̄
dictis ꝓximos. Qui renaſcētes ſex
to anno impleri incipiūt. Septimo
habere ōnes ſolent renatos ⁊ cōple
tos. Cū aūt ſunt maiores: cuius
etatis ſint intelligi negant poſſe.
preterq̄ꝫ cū dētes ſint facti brochi
ideſt plicati. ⁊ ſupcilia caua. ⁊ ſub
eis lacus ideſt cōcauitas. quod cū
apparuerit dicit᷑ hēre. xvi. annos.

Vir aūt prudēs ⁊ expertꝰ nris tē
poribus ayt: ꝙ equꝰ habet. xii. dē
tes. ſcilꝫ ſex ſuperiores ⁊ ſex inferi
ores. qui omnes ſunt anteriores:
cū quibus cognoſcūtur etates ⁊ tē
pora equoꝝ. Deinde habent ſca
lones. ⁊ poſt illos habēt molares.
⁊ poteſt eſſe ꝙ quidā equi plures
habent: ⁊ tūc dētes ſunt dupli. Et
poteſt eſſe ꝙ equus eiciat ex his a
liquos ⁊ amplius nō renaſcātur. ⁊
nō nocet equo niſi ad paſcēdum:
quoniā ipi per dētes āteriores paſ
cuntur. ⁊ ideo erit minoris precii.
⁊ maſticare equorū ē p dentes mo
lares. Dentes autē primi quos ipi
mutant ſunt duo inferiores ⁊ duo
ſuperiores: qui vocātur primꝰ mor
ſus. ⁊ tunc vocatur pullus primi
morſus. quod quidē fieri dicit pri
mo anno. Et poſtea mutat alios q̄
tuor dentes ꝓximos: ſcilicet duos
ſupiores ⁊ duos inferiores: q vo
cantur medii ⁊ ſecūdus morſus. ⁊
tūc vocatur pullus ſecūdi morſꝰ.
Deinde mutat alios q̄tuor ſcilꝫ du
os ſuperiores ⁊ duos iferiores qui
vocātur quadrati ⁊ tertius morſꝰ.
⁊ tūc vocatur equus ⁊ habꝫ tres ā
nos. Et quādo pullus naſcitur:
cū ranchis naſcitur. ⁊ poſtea naſcū
tur ſcalones. Et quādoqꝫ illi ſcalo
patiũtur. ob quã rẽ oua aut iequaliter marurescunt: aut corrũpunt. Que velis incubet: negãt pl9.xxv oua ĩcubare oportere. q̃uis ꝑpter fecunditatem peperit plura. Paladius autẽ ⁊ mulieres nostre: decẽ ⁊ septẽ: vel decem ⁊ nouẽ oua supponũt. Fertur tamen ꝙ in quibusdam mũdi partibus inueniũtur homines: q furnos adeo calefaciũt ꝙ eoꝝ calor equalis ẽ galline calori ĩcubantis. atq; in vno furno seu clibano ponũt multitudinem pẽnarũ puarum ⁊ mille gallinacia oua. post viginti dies nascũtur successiue: ac extra ꝓsiliũt. Optimũ esse partum ab eqnoxio verno: ad autũnale. Itaq; que antea vel post nata sunt: nõ sunt supponẽda. ⁊ ea que subicis: subicias potius vetulis q̃ pullastris: et q̃ rostra aut vngues nõ habeant acutos. nã pullastre debẽt potius in ɔcipiendo ⁊ ouãdo: q̃ incubãdo occupate esse. Aptissime ad partũ sunt annicule. aut bime. Incubantes includere oportet: vt die ac nocte incubent. ꝑterq̃ mane ⁊ vespere: quũ cibus ⁊ potio eis datur. Oportet ut curator circueat diebus aliquot interpositis: ⁊ oua vertat ut equaliter concalefiant.

Oua si plena atq; vtilia sint: anne animaduertere potes. si dimiseris in aquã. quod inane est: natat. plenum: desidet. Quod intelligere potest si cõcutias. Item ad lucem si sustuleris. quod plucet: inane ẽ. Oua oblonga acuta: masculos. rotũnda: feminas tribuũt. In supponẽdo oua obseruãt: vt sint numero imparia. Oua que incubãtur habeant semẽ pulli. vel ne curator q̃tri duo postq̃ incubari cepit intelligere potest. si ɔtra lumẽ tenuerit ⁊ purum quod vniusmodi animaduerterit esse: eicere deb;. ⁊ aliud subicere. Excussos pullos subducere debet ex singulis nidis: et subicere ei que habeat paucos. ab ea que si reliqua oua sunt paucioꝛa: tollere debet ⁊ subicere illis q̃ nondũ excuderũt ⁊ minus habent. xxx. Hunc enĩ gregem maiorem non faciendũ ait Varro. Diebus. xv. ꝑimis: pullis debet obici puluis: ne rostris noceat terra dura. eisq; miliũ optimũ ẽ ⁊ lolium. ⁊ grana minuta tritici satis cõpetũt. S; gallinarũ pabula sunt in quibus precipue delectãt: vermiculi. triticũ. et fere õnia grana. ⁊ ꝑcipue dandũ est eis lolium: quod eis ɔpetit. ⁊ ẽ humano corpi inimicũ. Vinacie cibo: sterilescunt. ⁊ ordeo semicocto: parere coguntur sepe. et reddũt oua maiora ut Paladius ait. Pulli parui prodiendi sunt ad solem ⁊ sterquiliniũ: vt in eo volutari possunt: ꝙ ita validiores fiũt. Quũ iã pennas habebũt: cõsuefaciendi sunt: vt vnã aut duas sectentur gallinas. vt cetere potius ad pariendũ sint expedite: q̃ ĩ nutritatu occupate. Incubare oportʒ incipere: secũdũ nouã lunam: eo ꝙ pluraq; q̃ ante incubãt nõ succedũt. diebus fere viginti excudũt.

Circum caueas gallinarum: incẽdendũ est cornu ceruinũ. ne serpẽs accedat. cui9 odore solet interire.

Multas a vulpibus ⁊ quibusdã aliis animalibus noxiis: patiũtur insidias. ideoq; circa loca in qbus versantur: extirpanda sunt omnia ⁊ remouẽda in qbus vulpes latere

possunt: ad ponendas insidias. in nocte claudantur in caueis circũq́ꝫ munitis ⁊ septis. nec pmittantur foris in nocte iacere. Fertur enim ꝙ vulpes subdola intuetur eas: quantũcunqꝫ in alto existentes loco. vt videãt oculos eius lucẽtes vt faculas. et cauda q̃si baculo quodã minat' eis. vt sic pterrite cadãt: ⁊ eas rapiat. Patiunt' etiam ĩsidias miluoꝝ et quarũdam aliarũ auium rapaciũ: et p̃cipue aquilarum. contra que tenduntur funes vel vites seu vitalbe: supra loca i quibus de die morantur. Capiantur etiam vulpes taiolis vel aliis ingeniis. ⁊ milui retib⁹ visco vel laqueis. Pituita bis nasci solet. que alba pelliculã linguam vestit extremã. hec leuiter vngulis vellitur. ⁊ locus cinere tangitur. ⁊ alleo trito plaga mũdata aspergitur. Item allei mica trita cum oleo: faucibus infertur. Stafisagria etiam ꝓdest: si cibis assidue misceatur. Si amarum lupinũ comedant: sub oculis suis ipa grana procedũt vt ait Paladius. que nisi acu leuiter: apertis pelliculis auferantur: oculos extinguũt. Portulace suco forinsecus ⁊ mulieris lacte: curari eas affirmat. vel armoniaco sale: cui mel ⁊ ciminũ equaliter misceantur. Pediculis etiã plurimũ molestantur. ⁊ p̃cipue quũ icubãt. quos pimit stafisagria pariter ɔcussa cũ vino ⁊ amari lupini aq̃: si penetrat secreta pẽnarum. Vtilitas gallinarum est: quia ex ipsis nascũtur oua. que nutriũt corpus humanũ multum: ⁊ subito. quibus vtimur in cibariis infinitis. q̃ optime seruari possunt diu: si pfricent' sale minuto aut muria p tres horas Deinde abluãtur. ⁊ in furfure vel paleis recõdantur. vel si semper teneantur in sale: vt quidam dicũt.

Itẽ ex eis nascũt' pulli. qui quũ adhuc sunt teneri: sunt ad cibũ optimi. Et si castrãtur: fiũt capones. qui melius ceteris pullis pinguescunt. et sunt laudabilis nutrimẽti.

Caro etiã ipsarum gallinarũ: bona ẽ. si adhuc iuuenes sunt ⁊ pigues. Pẽne etiã ipsarũ vtiles sunt. q̄a culcitris imponũtur.

De colũbariis quales esse debẽt.

Columbaria duobus p̃cipue potest fieri modis. Aut sup columnis ⁊ pietibus ligneis muro circũdatis lapideo. Aut super turre: de grosso muro cõstructa. ⁊ vtraqꝫ: nidos seu nidoꝝ foramina potest habere. sed melior est: que in turre de muro q̃ᵹ de liguamine ɔstruit'. et ẽ melius interius q̃ᵹ exterius nidos habere. nã si exterius habet nidos: fimus ipsarum pditur: qui magne vtilitatis existit. ⁊ eaꝝ pulli facile a rapacib⁹ auib⁹ capiũtur. Fiat ergo turris lapidea lata vel angusta secundũ domini voluntatem ac possibilitatem. nõ multũ alta. cum pietib⁹ lenigatis ac dealbatis albo cemento. habens ab omnibus quatuor partibus ei⁹: quasdã breuissimas fenestrellas seu foramĩa. vt colũbis solummõ ad introitũ exitũqꝫ sufficiant. Sub q̄bus immediate fit circuitus quidam lapide⁹ eminens circũcirca: qui ascẽsum mustelarum ⁊ aliarũ nociuarũ ferarum impediat. Sup tectũ fenestrã habeat. p quam ingrediãtur columbi

⁊ exeant. qui libenter ad solem sup tecto morantur. Sit autẽ fenestra cãcellata de lapidibus aut lignis: ne p ipsam rapaces volucres alis apertis intrare queant. Nidi formẽtur interius. quos quidã faciũt rectos: ⁊ mediocriter strictos. Quidam obliquos: occultantes incubãtes columbas. quidam preterea ꝓ nidis faciunt fenestrellas latas. ac modicũ ocauas ac longas. plures cistellos puos circa parietes ⁊ tectũ infigũt: asserẽtes in his: columbas libentius incubare. Sꝫ expimento didici: quasdam esse columbas: q̃ libẽtius in muro q̃ꝫ in cistellis nidificant. quasdam vero ꝯtrariũ appetere. Et iteꝝ quasdã esse que libẽtius in aperto ⁊ super quacũq; re cũ nido ⁊ sine nido incubant. Et quedam se libentius occultant. ideoq; nõ inutile puto in columbaria cuiuscũq; generis nidos habere: ut diuersis colũbarum affectibus satisfiat. q̃uis q ĩ muro sunt: a fimo ⁊ sexcu pedibus mũdentur facilius. qđ crebro fieri expedit: eo q ab eis quum augmentantur: plurimũ incubãtes colũbe ledantur. Est etiã optimũ q itra columbariã ponãtur trabes in pluribus partibus: ⁊ ꝑcipue in circuitu. ⁊ assides: sup q̃bus tẽpore pluuiarum ⁊ niuiũ ĩ tẽpore superflui estus: columbe in magna quãtitate morari ac quiescere possint. Sic enim a loco proprio: nõ facile deuiabunt. Mundetur etiã crebro ipsarum locus: ⁊ vndiq; sit decorꝰ. nam in pulchra domo sicut ⁊ homines: morantur auidius. Et nota q vnũquodq; par: tres vel duos ad minus vult nidos habere. licet aliquãdo augeãtur ⁊ multiplicentᷣ intantũ: q replent nidos omnes. ⁊ solariũ atq; trabes: ⁊ cetera õnia.

Qualiter noua columbaria debet primo muniri columbis.

In columbariis nouis columbi senes ponẽdi non sunt. nam recedunt ⁊ ad propria reuertũtur. Sed ponendi sunt iuuenes: quũ pẽnas completas habent vel quasi cõpletas. Et ex his qui ponũtur: meliores sunt saxaroli. ⁊ pꝰ ipsos tigrani sic a vulgo ex pennarum colore vocati. Tales enim in columbariis meliꝰ durare cernũtur q̃ꝫ ceteri. Albi vero vitentur omnino. nã durare nõ possunt: eo q ab auibꝰ rapacibus: nimis a remotis videntᷣ. Et quanto plures in primis ponẽtur: tanto velocius implebitur locus.

Ponẽdi aũt sunt precipue de mẽse Augusti a Septembris. vel etiã Iulii. quia tũc facilius inueniũt cibum in agris propinquis. propter quod nõ elongãtur a columbaria nec pdũtur. De mẽse aũt Martii Aprilis ⁊ Mai: ponẽdi nõ sunt ꝓpter ꝯtrariam rationem. Circa. xv dies ad minus teneantur clausi: ne possint extra egredi. Et si vsq; ad mensem teneantur inclusi: erit vtilius. quia tũc erũt pinguiores. ⁊ ad reuertẽdũ peritiores. Nã in primis quindecim diebus macredine afficiuntᷣ. quia tunc bene beccare ignorant. Et tum iclusi morãtur. ⁊ postea quibusdam diebus tribuatur eis in columbaria copiose bonꝰ cibus ⁊ aqua. Post dictũ tẽpus aperiẽtur tẽpore nubilo vel sereno.

sed commodius pluuioso. quia tunc exeũt: et reuertũtur interius. et non subito euolant ad remota.

Qualiter sunt tenēdi colũbi: ut libētius moreant͛ et bene fructificēt.

Ui nascũtur in colũbaria vel parui ponuntur in ea nō facile recedũt: sed vadunt quãdoq̧ ad alias columbarias in quibus īueniũt escã: quando non prebet͛ eis in sua nec in agris inueniũt. et quasi omnes postea tempore quo nō egent: reuertũtur ad suam. et ad hoc valꝫ plurimũ habere suã pulchram et bonam. Si temporibus quibus nō inueniũt escam copiose ꝓbetur eis in sua: quod est quũ nix vel fortis est glacies super terram. et de mense Aprilis et Mai aratis stipulis: nō recedunt. et plurimos fetus edunt.

Cibus aũt eis cõueniens: est frumentum. faba. vicia. milica. et cetera grana que libenter sumũt. Centumq̧ pariis colũboꝝ: detur granorum pars corbis octaua diebus singulis. et duplũ quũ nihil õnino p se inueniũt. Potus etiam in columbaria detur eis sufficiens. quotiēs aquam nisi valde remotã: propter estũ vel glaciē īuenire nō possunt. Vel pōnatur in aliqua re prope colũbariã: ad quã descendere queãt. itaq̧ precipuũ et fere necessariũ est eis: q͛ ipsorum mãsio sit prope locũ ubi aqua influat. vnde et bibere et ubi lauari possint. permũde eni͂ he volucres sunt. ut ait Varro. Optimũ est: q͛ de omnibꝰ granis exhibeatur eis. ut sunt frumētum. faba minuta. pisum. citricula. vicia. orobum. milica. ordeũ. spelta. lolium. et cetera grana. ut videatur quod libentius appetãt. et id precipue detur eis: ut auidius ibi morentur: et plures pariant. Paladius ait q͛ fetus frequētant: si ordeũ torrefactum: vel orobũ: vel fabam: sepe cõsumant. Dicit etiã q͛ nihil expetũt: nisi ut estate q̃ maxīe pinguescũt: triticum vel miliũ mulsa sp macera tũ accipiant. Est autē mulsa: aqua mellita. in q̃ q̃cunq̧ grana mollita sint. eisq̧ data: nō recedũt. et alias illuc ducũt. ut a non paucis asseritur. Aliqui tamē dicũt non referre si sit mellita esca vel nō. Quũ eis datur esca: detur in vesperis potiꝰ q̃ȝ in mane: ut in die ꝓcurēt escam sibi querere. et q nō īuenerũt extra: intus inueniãt. nã si daretur in mane: nō ꝓcurarēt alibi inuenire. Sꝫ tēpore niuis: debet in mane tribui. ne exeant ad loca in quibus capiãtur. quũ certum est nō posse alibi inuenire.

De officio pastoris columbarũ.

Astor colũborum sepe debet mũdare ipsorũ locũ. et fimũ reponere. qui ad agriculturã ē optimus: et si quē īuenerit vulneratũ: curet. si quem mortuũ: eiciat. Itē si qui sunt nimis feri et bellicosi ut alios ledant: eos inde remoueat. et in alium locũ secretũ ab illo p se ponat. Si qui pulli sunt idonei ad vēdendum: eos ꝓmat. cibum et potũ quũ eis opus erit: sufficiēter tribuat. Qui solent saginare colũbinos pullos quo plures vendant: secludãt eos quum iam pluma sunt tecti. cibantq̧ ipsos pane candidissimo

mollificato. hyeme bis. estate ter: quolibet die: scilz mane meridie et vespere. Eoz vero qui iam pennas magnas habere incipiũt: relinquũt in nido illisis id ē fractis crurib9: matribus nutriendos ⁊ impinguã dos. vel extrahunt de pennis vni9 ale. nam qui ita educãtur: celerius ĩpinguãtur q̃ ceteri. vt ait Varro.

Iterũ debz eos curare ⁊ tueri: ab omnibus nocumentis. Leduntᷣ eni ⁊ capiũtur ab accipitre. miluo. fal cone. ac ceteris quibusdã animali bus rapacibus. quos occidere po tes: duab9 virgulis viscatis in ter ram defixis: inter se curuatis. quũ iter ipas posuerit aliquod animal obligatũ. sic enim ea facile decipere potest. Paladius ꝑterea dicit: q a mustelis tute fiũt: si inter eas ve tus ꝓiciatur sportea qua animalia calciantur. Item dicit oportere ru te ramulos pluribus locis suspen dere: cõtra animalia inimica. Itẽ leduntᷣ a faynis. mustelis. ⁊ cattis ⁊ ceteris pluribus animalib9: que de raptu auiũ viuũt. cõtra que de bet custos ostiũ ⁊ omnia loca vnde intrare possent: optime claudere. et scaphas circũquaq eminẽtes ꝓcu rare: ne quid supius p parietem ra pere possit. Item ledũtur ab aui bus rapacibus tam diurnis q̃ noc turnis. cõtra quas claudat custos in nocte fenestram. Vel si ea apta intrauerit auis rapax: ⁊ ipe audiat spauẽtũ ⁊ strepitũ columboꝝ: ĩtret audacter ĩ eã cũ lumĩe. aueq capi at ⁊ occidat. nec curet de exitu colũ boꝝ. Aues autẽ diurnas: cũ vis co vel parua reticula capiat: ⁊ occi dat. Fenestrã aũt de subsellis cãcel let ⁊ claudat. vt columbi ĩtrare va leant ⁊ exire. nõ autẽ auis rapax: q̃ solũmodo intrat alis apertis. Item molestantur pulli plerũq sexcupe dibus. qđ custos inquirat: ⁊ nidũ eiciat. aliumq mũdatum ponat.

Item nascuntᷣ etiam varoli circa o culos: qui excecant eos. maxime de mense Augusti. qui vendendi sunt aut comedẽdi: quũ solo capite sint infecti. Item recedũt aliquando: quia nõ habent quid edant. cõtra quod: tribuatur eis. vel quia nimi um ab animalib9 rapacib9 molestã tur ⁊ terrẽtur. contra que: iuuet ip sos custos. vt dixi. Item moriũtᷣ ex senectute. nã vltra nouẽ annos: nõ ĩueniũtur in colũbariis durare. vt dicũt experti. Item debet custos ad eos sepe accedere. et quotiẽs in columbariis intrat: aliquã escã mo dicam: tempore ꝯgruo secum porta re. eosq semp aliquo certo ⁊ cõsue to modo vocare: ut magis domesti ci fiant. Itẽ dẽt custos in colũba ria tegulam figuli ꝓ aqua tenere. q̃ assidue habeat se aliquantulũ ele uatam: habentẽ multos ⁊ spissos pe des: vasi aque adherẽtes. iter quos possint caput ponere: ⁊ aquã hau rire. ne ve vas intrare: vt aq̃ mũda ꝑmaneat.

De vtilitate columboꝝ.

Nihil columbis fecũdi9. vt ait Varro. nã diebus quadragenis cõcipit. pa rit. incubat. ⁊ educat. et hoc fere per totũ annũ faciũt: tantũ mõ interuallãt a bruma: ad eqnoxi um vernũ. Pulli nascũtur bini. q simul accreuerũt: ⁊ habẽt robur. cũ matribus pariũt. Sz experti nostri

temporis ĩ partibus nostris viciũt. φ post sex mẽses pariũt ⁊ nõ ante. et donec viuũt. Quattuor enim vicibus ⁊ quinq ⁊ sex et amplius faciũt pullos in ãno: si escam inueñ ant vel habeant abundanter. φ si nihil tribuitur eis: ter ad minꝰ pa riũt scilꝫ in estate. Pullorꝝ carnes ad esum sunt valde bone: ⁊ delecta biles. ⁊ libenter emũtur. Item fimꝰ ipsorꝝ est optimus omnibus plan tis ⁊ seminibꝰ. ⁊ potest spgi quocũ q tempore anni quotiens aliquid seritur cũ ipo semine: ac etiã postea quandocunq. ⁊ vnaquaq corbis ipsius equiualet fimi omniũ q̃dru pedium vni plaustro. nã ex. xx. cor bibus satis comode: ex. xxv. bene. ex. xxx. optime impiguãtur bubul ca frumẽti: si manibus p agrũ sper gatur equaliter: et cũ ipo grano tũc sato vertatur. Et nota φ tria pa ria colũborum in anno faciũt corbẽ fimi: si colũbaria nidos intrinsecos habeat. ⁊ quãto magis cibantur in ea: tanto plus fimi recipietʳ ab eis. quia diutius morantur in eis colũ bariis: q̃ si semp cogantʳ extra q̃re re victũ. Item est alia vtilitas: ut generaliter p̄dicatur. φ possunt ꝓ nũciis cũ litteris sub cauda vel ala ligatis: ad loca longinqua trãsmit ti. si de loco ad quẽ destinãtur: dela ti sint ad locum vnde mittantur.

Itẽ refert Paladius: quod nescio si est verũ. φ inducũt alios: si cimi no pascantʳ assidue. vel si irti alarũ balsami liquore tangãtur.

De turturibus.

Ro turturibus locũ osti tuẽdum prouide magnũ vt multitudinẽ alere va lis. Eumq rcẽ vt de columbis dic tum ẽ. vt habeat ostiũ ac fenestras ⁊ aquam puram. ac parietes muni tos tectorio. ⁊ in eis habeat multos palos infixos. super quibus como de morari possint. et locũ paratum congrue: in quo pascãtur. Cibatui obiciũt triticũ siccũ. centenos vice nos turtures fere semodiũ. Quotĩ die purgãtʳ eorꝝ pabula a stercore: ne ledantur. quod quidẽ seruatur: ⁊ est bonũ ad agrum colendũ. Ad saginandũ: aptissimũ tempus ẽ cir citer messem. ⁊ tũc matres eorꝝ plu rimos gignũt pullos. in q̄bus max me fructꝰ cõsistit. Aucupatores tamẽ lombardie p̄cipue Cremone: tota estate turtures feras retibꝰ ca piũt. et in domusculam clausam et luminosam includũt. eisq dant oti nue aquam purã ⁊ miliũ quãtũ su mere volunt. et vsq q̃si ad hyemẽ vel post partẽ autũni seruant. sicq quingentas ⁊ mille quãdoq cõgre gant. q̃ ieffabiliter impinguãtur. et sic impinguatas optime vẽdunt.

De turdis et merulis perdicibꝰ et cornicibus impinguãdis.

Vi vult p̄dcãs aues vel alias q̃ pingues care ve neũt habere: locũ faciat clausũ. ⁊ tegulis vel rete magno cooptum. magnum: secun dum quantitatem auiũ quas inclu dere volet. In hoc tectũ: aquã ve nire oportet p fistulam. et eam per cannales angustos serpere. qui faci le extergi possint. Nã si lata diffu sa esset aqua: inquinaretur faciliꝰ. ⁊ biberetur inutilius. et que supat ad potũ auiũ: per fistulam exeat.

ne luto aues laborēt. Ostiū habere debet humile ⁊ angustū: quo custos vix itrare queat. Fenestras raras p quas nō videantur extrinsece arbores aut aues: eo q earū aspectꝰ ac desideriū: macrescere facit volucres inclusas. Tantū luminis locū habere oportet: vt aues videre possint: vbi assideant. vbi cibus. vbi aqua sit. Circa ostia ac fenestras talis sit munitio: ne mus vel mustela vel alia bestia intrare possit. Circa huius edificii parietes intrinsecus: multi sint pali vbi aues assidere possint. ac etiā ptice inclinate ex muro ad parietes: quibꝰ multe ptice annectātur ex trāsuerso modicis interuallis ad speciem cancelloꝝ.

Cibatui turdorum: ponātur offe glomerate ex ficis et farre mixtis. ceteris tribuant' grana: quibus vti ↄsueuerūt. et ea precipue: q̄ auidiꝰ sumūt. Diebus .xx. anteq̄ꝫ vult tollere turdos: largius det cibum. et farre subtiliore incipiat alere. Suū opus est vt ex hoc sumantur auiario: excludant' idonee i minusculum auiariū quod est cū maiore cōiūctum ostio lumine illustriore. ibi quū eū numerū habet exclusum quem sumere vult: omnes occidit. hoc ideo in secluso clam: ne reliqui si videant terreantur. ⁊ alio tēpore venditionis moriātur. Vtilitas et delcātio in his est: quia viles et parui precii includūtur. et īpinguati: care veneūt. et dominoꝝ esui satisfaciūt ad votū: pro se ⁊ quibuscūqꝫ voluerint: quotiēs fuerit oportunū.

De sedibus apum. et loco ipis congruo.

E apibꝰ tractaturꝰ dicā primo de ipsarum statione seu sedibus. de qbus dicit Paladius: q loca ri debent in aliqua pte orti secreta. ⁊ aprica et calida: et a ventis remota. Nā ipi prohibent pabula ferre domū vt ait Virgiliꝰ. Nō longe a dominicalibus domibus: ut furū ⁊ accessus hōinū pecudūqꝫ submoueatur. Vbi sit abundantia florū. quos vel in herbis vel fructibus: vel etiam arboribus: ꝓcuret industria. Sint autē arbores a septētrionali pte disposite. fons vel riuus sit: qui formet humiles transcūdo lacunas. Varro autē dicit idem: scilꝫ q iuxta villam dominicā. sed potissimū: vbi non resident imagines: id est voces eco. hic eni sonus fuge existimatur esse ꝓcerū. Iterū esse debere dicit in aere tēpato. neqꝫ estate frigida. neqꝫ hyeme. nō aprico: vt spectet potissimum ad hybernos ortus: id est ad eam partē in q̄ hyeme sol oritur. que prope se loca habeāt ea: vbi pabulū sit frequēs: ⁊ aqua pura. Virgilius vero addit: q ante earum hospitia: frondētes arbores esse debent. Itē dicit q in aqua q̄ ibi stabit ibers seu ꝓflu et: debēt conici transuerse salices et grandia saxa. vt pontibus crebris possint cōsistere. ⁊ alias pādere ad estiuū solem. Item ait Paladiꝰ: q podia trinis alta pedibꝰ fabricētur. ⁊ opere albario leuigentur: ꝓp lacertarū ceterorūqꝫ animaliū noxam: quibus est moris irripere. et super hec podia: aluearia collocentur: ita q vmbre penetrari nō possint. spatiolis inter se distantibus

segregata. Item ut Virgilius ait: a loco apū abesse deñt oues ⁊ edi: qui floribus insultant. Itē vacce: ne rorem deglutiant. ⁊ surgentes atterant herbas. Item abesse debent stelliones ⁊ lacerte ac irundines. ceteręq; aues nocue: que insidiant' et nocēt eis. Absit etiam grauis odor ceni: et quarūlibet aliarum rerum.

De aluearijs qualia esse debeāt.

Aluearia meliora sunt vt Paladi9 ait: que cortex formauit. maxime rapt9 ex subere. quia nō transmutant vim frigoris vel caloris. Possunt tamen ex ferulis fieri. si hec desunt: salicinis viminib9 fabricētur. vel ligno cauate arboris. aut tabulis. fictilia deterrima sunt: q̄ ⁊ hyeme gelantur: ⁊ estate feruescūt. Angustus tamē adit9 admittat examina: propter frigoris iniuriam ⁊ caloris. sane ventis frigidioribus paries altus obsistat. Aditus omnes soli apponātur hyberno. q in vno cortice: duo vel tres esse debebunt ea magnitudine: que apis magnitudinem nō possit excedere. sic etiam noxiis animalibus: ingressu resistatur angusto. vel si apes voluerit obsidere exeūtes: alio vtētur egressu. nam si aditus non sunt angusti vt ait Virgilius: frigora mella cogit: id est cōgelat hyems. eadēq; calor liquefacta remittit: vtraq; vis apibus pariter metuenda est. Sed pro magna parte homies nostri tēporis vno solo mediocri seu magno vtūtur foramine. infra mediam aluei ptem. Item debent aluearia esse magna: p magno examine. parua: pro puo. licet in paruo sepius examen emittāt. quia duo examina in puo simul esse nō possunt. Alta aūt seu lōga sint: vno pede ⁊ dimidio. duobus etiā aliquādo. et lata circa duos semisses: aut modicū vel plus vel minus. Vir autē expertissimus mihi asseruit: q meliora sunt aluearia quadrata ex tabulis cōstructa: q̄ rotunda. et melius q iaceāt interius parū decliuia: q̄ erecta. quoꝝ comode pn̄t acies: vna sup aliam collocari. et hec aluearia fundū ab vtroq; capite habere debent taliter dispositū: q inde facile possit rēoueri quū opus erit de melle tolli.

Fundus anterior habere duo foramina parua: et posterior vnū in parte infima debet. per q̄ ab vtraq; pte ingrediantur: ⁊ egrediant' apes. Retulit etiam se iuenire melius ipsas laborare: quando aluearīū interius est obscurū. quod argumentū est: q foramina debeāt esse parua. ⁊ rimule ōnes aluearii optime sigillate. ad qd multū facit eoꝝ industria. Videm9 eni q foramina magna circa hyemē cera obturant. foramine solo relicto ad formā ipsarū.

De apibus qualiter nascūtur.

Apes nascūtur partim ex apibus. partim ex bubulo corpore putrefacto vt ait Varro. s3 modū silet. Virgilius autē ait: magistrū archadiū primū hui9 rei fuisse autorē. ⁊ inuenisse modū. Eligitur ergo locus angustus parietibus clausus: angustiq; imbrice tecti: habēs quattuor oblique fenestras. tunc vitul9 bimus q̄ritur. huic gemine nares ⁊

spirit9 oris: multū reluctāti obstrui tur. plagisq; pempto: tonsa viscera soluūtur per itegram pellē. sic posi tū in loco clauso relinquūt. et ramea fragmenta costis subiciūt: thimum videlicet cassiasq; recentes. hoc ge ritur quū zephirus primo spirat: anteq̄ prata virescant. et anteq̄ irū do veniat: nidumq; suspendat. tūc humor vituli tepefactus estuat: et apes creat. que primo sine pedibus apparent. mox stridentes pennis miscentur. et in aera eleuantur.

Quales emi debent et quando. et qualiter inueniātur et deferātur.

N apibus optime sunt parue varie rotunde vt ait Varro. In emēdo: emptorē oportet videre an valeant: an sint egre. Sanitatis signa: si sunt frequētes in examine. et si nitide. et si opus quod faciūt ē equabile ac leue. Minus valētiū signa: si sūt pilose et horride vt pul uerulente. Prouidendū etiam: vt plena oparentur aluearia. quā rem vel inspectio. vel murmuris magni tudo. vel frequētia comeantis et re meātis examinis pbant. Si trāsferende sunt in aliū locū: id facere diligenter oportet. et tempora qbus id potissimū facias animaduerten dum. et loca quo transferas idonea prouidendū. tempora: vt verno po ti9 q̄ hyberno. Nā hyeme difficul ter osuescūt translata manere. itaq; fugiūt pleriq;: si ex bono loco trāstuleris. et vbi idonea pabulatio nō sit: fugitiue fiūt. Ex vicina poti us q̄ longinqua regione transferē de sunt: ne terreantur aeris nouita te. Si vero sunt longi9 aduehēde: collo nocte portentur. nec collocare nec aperire aluearia debemus: nisi vespere instāte. Speculemur deiñ post triduū: ne omne suas ianuas egrediatur examen. Hoc enim sig no: fugam arripere meditantur. nō tamē credūtur fugere: si stercus pri mogeniti vituli alliniamus oribus vasculorum: vt Paladius ait. Mense Aprilis ut idem ait: locis a ptis apes q̄remus. ac prio q̄ longe aut prope sint: exploremus. Rubri cam liquidā vel quid aliud tingēs breui vasculo geramus infusam. et obseruemus fontes: aut aquas vi cinas. tunc dorsa apū bibentiū: tan gantur illo liquore tincta festuca: et ibidem moremur. si cito reuerse fue rint quas tinxerimus: hospitia earū proxima esse cognoscimus. si tarde spatio longiore submota: pro mora temporis estimamus. Ad proxima facile venies. ad longinqua hoc ge nere perduceris. Cāne vnū interno dium cū suis recides articulis: et i latere apies. ibi mel exiguū mittes et iuxta fontē pones: quū ad id p uenerint apes atq; ingresse fuerint. Post odorem: foramē pollice appo sito claudes: et vnā tantū patiaris exire. cui9 fugam psequere, ea tibi partē demonstrabit hospitii. Quū eam ceperis nō videre: statim emit tes alteram et sequaris. ita singule subinde dimisse: te facient vsq; ad locū examinis puenire. Aliq mel lis breuissimū circa aquas ponūt in vasculo. de quo quū apes aquā degustauerint: ad comune pabulū pergens: alias exhibebit. quarū fre quentia subinde crescente: notata

volantiũ pte vsq; ad examina psequeris.

Qualiter tenende ac procurande sunt. Vstos apũ pcurare dẽt: vt circa ĩpaꝝ loca sit abundantia florũ. quos vel in herbis. vel fructibus. vel etiam arboribus procuret industria. Herbas nutriat. origanum. timũ. satureiã. serpillũ. violas. amaratũ. iacinctũ: quĩ iris vel gladiolus dicit᷑. narciscũ. crocũ. ceterasq; herbas suauis odoris ⁊ floris. In fructibus quoq; sint: rose. lilia. rosmarinus ⁊ edere. In arboribus: amigdal⁹. psicus. pirus. pomiferecq; arbores: quibus nulla amaritudo respondet floris vel suci. Siluestria vero: glandifera. robura. buxus. terebintus. lentiscus. cedrus. tilia. ilex minor. tinus ⁊ tasſi remoueantur. supradicta eni dulce mel efficiũt. cetera saporẽ mellis rustici pbent: vt ait Paladius. Ea precipue sunt serenda: si pabulum naturale nõ ẽ: vt dicit Varro. que maxĩe sequũtur apes. ea sunt rosa. serpillum. apiastrũ. papauer. faba. lens. pisum. ozimũ. caprũ medice maxime. citisum qd valẽtibus vtilissimũ est. eteni ab eqnoxio verno florere incipit: ⁊ pmanet ad alterũ eqnoxiũ autũnale. Sz apũ aptissimũ ad sanitatẽ ẽ. ad mellificiũ: thimũ. His aquã liquidã vñ bibãt esse oportet. eamq; propinquã. que non fluat. vel in aliquem locũ ĩfluat: ita ut ne pfunda sit: vltra duos aut tres digitos. in qua iaceãt teste aut lapilli: super quibus assidere ⁊ bibere possint. In qua diligens est habenda cura: ut aqua sit pura. qd ad bonũ mellificiũ pdest vehementer. Et quia nõ omnis tẽpestas grãdinũ vel pluuiaꝝ aut venti vel frigoris eas ad pastum pdire lõgius patitur: preparãdus est his cibus: ne melle cogãtur solo viuere. aut relinquere exinanitas alueos. Igitur ficoꝝ pinguiũ circiter decem põdo decoquũt in aque cõgiis sex. quas coctas ĩ offas sepe apponũt. Alii aquam mulsam in vasculis ut sint prope: curant. in qua addũt lanam purã per quã sugãt vno tempore: ne potu nimiũ impleantur. aut incidant. et singula vasa ponunt ad alueos. Aliĩ vuã passam ⁊ ficũ quũ pistauerũt ⁊ affundunt in sappam. atq; ex eo frãs offas opponũt ibi: ad quas in hyeme in pabulũ procedere possint. Verno autẽ tempore et estiuo: fere ter in mẽse mellari⁹ inspicere debet. fumigãs leuit᷑ eas. ⁊ a spurciciis purgare alueũ. et vermiculos eicere. Preterea ut aĩaduertat: ne reguli plures existant. inutiles eni sunt: pp ter seditiões. nã duo sunt genera ducum: ut Menecrates ⁊ Virgilius scribunt. niger. et varius: qui melior est. debet ergo mellarius ĩterficere nigrũ: q altri regi sediciosꝰ est. ⁊ corrũpit alueũ: ꝯ q; fuget aut cũ multitudine fuget᷑. ⁊ sic sedabit᷑ apũ pugna. ut Virgili⁹ scribit. Mẽse Mai vt ait Paladi⁹ incipiũt augeri examina. ⁊ in extremis fauoꝝ partibus: maiores creãtur apicule. quas aliqui reges putant. sed greci cestros vocant: et necari iubẽt. quia requiem ocutiũt quiescentis examinis. Nũc papiliones abũdant: quos necare debem⁹.

Item circa inicium Nouembris a

sordibus liberandi sunt aluei: quia tota hyeme eos remouere aut apire nõ possumus. sꝫ hec die aprico tepi doq̧ faciẽda sunt: vt pennis maxĩe auiũ maiorũ q̃ hñt rigorẽ: vł aliq° simili omnia interiora mũdentur q̃ manus nõ valebit attingere. Tunc õnes rimas que sunt extrĩsecus: lu to ⁊ fimo bubulo mixtis liniamꝰ. et insup genestris ⁊ aliis tegumẽtis ad porticꝰ similitudinẽ operiamꝰ. vt a frigore possint ⁊ tempestate de fendi. Bonꝰ custos mẽse Septẽ bris debet alvearia vetusta cognos cere. ⁊ plena ⁊ grauia que in estate nõ ediderũt examina: vendere. aut apes occidere. ac facere mel ⁊ cerã: eo modo quo in suo loco dicetur. Jtẽ debet custos ut expti affirmãt: tenere ĩ estate alvearia cũ subtilibꝰ fragmentis tabularũ paululũ eleua ta: quo apes vix ingredi ⁊ egredi possint. sꝫ nõ lacertule. Jn hyeme vero: cũ fimo bubulo poptie obtu rata. Jtẽ quũ nimis depauperant melle: quod cognoscitur visu si de subtus inspiciatur: vel põdere: vel meliꝰ facto supra partẽ mediã puo foramine. ac p ĩpm mũda virgula itromissa: exhibeat eis mel. uel pul lum assatũ aut alias carnes. Jtẽ dicũt si alueꝰ pinguis est: dimitta tur hyeme sup sedibus suis. si ma crum: reponatur in domo ĩ loco ob scuro preparato: ne mures obsint.

De nocumẽtis apũ ⁊ cura ipaꝝ.

Rouidendum est vt ait Varro: ne infirmiores a valentioribus opprimantur. eo enim minuit fruc tus. itaq̧ infirmiores secretas earũ rege occiso: subiciũt sub alterum re gẽ. Que crebriꝰ iter se pugnabũt. aspergi eas oportet aq̃ mulsa. quo fcõ nũmodo desistãt pugna: sꝫ etiã cõferciũt se lingentes. eo magis: si mulso sint aspse. quo ꝓpter odorẽ auidius applicant se. atq̧ obstupes cũt potantes. Si ex alueo nimis frequentes euadũt ac subsidit aliq̃ pars: subfumigandũ. ⁊ prope appo nendũ aliquid bene olẽtiũ herba rum: maxime apiastrum ⁊ thimũ.

Prouidendũ vehementer: ne ꝓp ter estum aut propter frigus dispe reãt. Si quãdo subito imbri in pas tu sunt oppresse aut frigore subito qđ raro accidit: ut decipiantur gut tis offense iacent ꝓstrate: colligen dum eas in vas aliquod: ⁊ reponẽ dum in tecto tepido: ⁊ bono cinere tepido: magis tamen calido q̃ fri gido: eiciendũ super eas. ⁊ excutien dum leuiter vas: vt eas manu non tangas. et ponẽdum in sole quo re uiuiscant iuxta suos alueos: ut ad domicilia redeant. Si vero egre sunt: quod his cognoscitur signis vt Virgilius ait: ꝯ cõtinue ẽ egris alius color. horrida macies multũ deformat. corpora mortuarũ extra efferũtur. alie pedibus annexe ad limina pendent. aut intus in edibꝰ omnes certãt. ignaueq̧ fame sunt. ⁊ cõtracto frigore pigre. tunc sonꝰ auditur grauior. ⁊ susurrant: vt in siluis murmurat auster. et ut mare stridet: refluentibus vndis. et vt clausis fornacibus: rapidus estuat ignis. Tũc eis galbaneos incende odores. et ĩ cãnalibꝰ arũdinis mel la exhibeas. et ꝓderit: si galle cõtri te saporem admisceas. aut arentes

rosas. aut frusta carnis assata pbe
as. aut vuā passam. aut cetropiū.
thimū vel centauream. aut radices
herbe q̄ a rusticis vocatur amella.
pone in odorifero bacho: ⁊ in canis
tris ad fores apū. hec herba ɔgnos
citur: quia in pratis oritur. et tollit
stipitē velut siluā. ⁊ ei⁹ folia pluri
mū circūfodiūtur. eius flos est au
reus. et asper in ore sapor. Fuge
mus etiā vt ait Paladius lacertas
⁊ ranas. ⁊ cetera animalia que sunt
apibus inimica. aues etiā crepita
culis terreamus. Mense Martii
maxime solet apibus morbus icur
rere. nam post hyberna ieiunia: titi
mali ⁊ vlmi amari florib⁹ q prius
nascūtur auidius appetitis: solutio
ne ventris intereūt. nisi affueris ve
locitate remedii. prebebis ergo ma
ligranati cū austero vino grana cō
trita: ⁊ in vasculis refrigerata: po
nantur. Q si horride videntur: atq
ɔtracte corpore silētio et mortuaꝝ
corpora frequēter afferre: cānalib⁹
ex canna factis: mel cū galle pulue
re vel sicce rose coctum: debebis in
fundere. Illud ante omnia expe
diet: vt putres ptes fauoꝝ: vel va
cuas ceras q̄s aliquo casu examen
ad paucitatem redactū non valebit
implere: semp recidas acutissimis
ferramentis. subtiliter: ne pars alia
mota fauoꝝ: cogat apes domicilia
cōcussa deserere. Si propter abū
dantiam florū de melle tantū: sꝫ de
prole nil cogitant: et videris nimie
tatem mellis iteriectis trinis dieb⁹
clauso foramine: non eas patiaris
exire. ita ad generandū se cōferēt.
Nūc circa kalendas Aprilis cu
randi sunt aluei: vt ōnia purgamē
ta tollātur ⁊ sordes: q̄s tempore cō
traxit hyberno. ⁊ vermiculi ⁊ tinee
⁊ aranee quibus corrūpūtur vsus
fauoꝝ. et papiliones q stercore suo
vermes faciūt. Modus autē occi
dendi papiliones hic est: vt Pala
dius ait. Vasculū eneum altū ⁊ an
gustum vespere inter aluearia collo
cemus. et in eius fundo lumē pona
mus accensum. illuc papiliones cō
uenient. et circa lumen volitabūt.
et angustia vasculi: ab igne ꝓximo
interire cogentur. Tūc fimus ster
coris bubuli sicci adhibeatur. qui
aptus est apū saluti. que purgatio
frequens vsq in autumni tempora
celebratur. Hec ōnia ceteraq effi
ciet custos castus et sobrius. et alie
n⁹ ab alueis. ⁊ a cibis acerbis. ⁊ o
doris imūdi atq ōnib⁹ salsamētis.

De moribus ⁊ industria ipsarum

Pes non sunt apum.
solitaria natura vt aqui
le: sed vt homines. nam
in his est societas operū
⁊ edificiorū. In his ratio atq ars.
foris pascunt. intus opus faciūt.
nulla harū assidit in loco inquina
to. aut in eo qui male oleat. Et si
quando in aere disperse sunt cimba
lis ⁊ sonis: se reducūt in locū vnū.
Regem suū sequūtur quocūq it. et
fessum subleuant. et si nequit vola
re: succolant q eum seruare volūt.
neq ipe sunt ioperātes. necnō odi
unt inertes. itaq impetū facientes:
ab se eiciunt fucos. q hi neq adiu
uant: ⁊ mel consumūt. quos vocife
rātes plures persequūtur ⁊ pauce.
Preter ostium aluei obturāt ōnia
qua venit inter fauos spirit⁹. ōnes

vt in exercitu: viuũt. atq alternis horis dormiũt. et opus faciũt piter. et vt in colonias mittũt. barũq du ces faciũt. q̃dam ad vocem: ut imi tatione tube. tũc id faciũt: quũ iter se signa pacis ac belli habent. Ex malopunico et asparago: cibum car punt solũ. Ex olea arbore: mel. sed nõ bonũ. Duplex ministeriũ prebe tur ex faba. apiastro. cucurbita. et brasica. cera: et cibus. Idẽ ex malo et piris siluestribus. Ex papauere: cera et mel. Ex nuce greca: triplex ministerium fieri dicit'. Et ex lap sano: cibus mel et cera. Itẽ ex aliis floribus ita carpunt: vt alia ad sin gulas res sumant: alia ad plures. Item ex alia re faciũt liquidũ mel. vt ex sisere flore. ex alia: cõtra. spis sũ vt rore mario. Sic ex alia re: mel isuaue: vt ex fico. et ex citiso bonũ. et thimo optimum: ut ait Varro.

Virgili9 pterea ait: q ipe aulas et cetera regna fingunt. Sepe etiam errando in duris cotibus atriuere alas. vltroq animã sub fasse id est pondere dedere. tãtus est amor flo rum et generãdi gloria mellis: licet sint breuis vite. nã vltra septenniũ nõ viuũt. q̃uis earũ genus maneat imortale.

Quando quare qualiter exeunt examina. et quomodo prescitur ea rum exitus.

Tamen exire sol; vt scri bit Varro: quũ apes na te, pspere sunt nutrite. et progeniem in coloniam mittere volũt. vt olim crebro sabi ni fecerũt: propter multitudinẽ libe rorũ. qd duo solẽt pire signa. Vnũ q superioribus diebus maxime vespertinis multe ante foramen vt vue: alie ex aliis pẽdent oglobate.

Alterum: q quũ iam euolature sunt: aut etiam iceperũt: consonant vehementer. vt milites et populi fa ciũt: quũ castra mouent. q̃ primo quũ exierũt: in ospectu volitant. re liquas que nõdum exiuerũt expec tantes: donec omnes conueniant.

Virgilius autẽ scribit: q aliquã do exeũt ad pugnam. nã sepe duo bus existentibus regibus: orit' mag na discordia inter eos et eoꝝ sequa ces. quod cognoscitur: quia tũc in aere sonus magnus ad modũ tuba rum auditur. dũ trepide inter se co eunt. Pẽnisq chorũscãt. spiculaq exacuũt rostris: aptantq lacertos. et circa regem miscentur et dẽsant'. magnisq vocãt clamoribus. hostẽ tũc erumpũt et ocurrũt. et mixte glo merãtur: et magnus fit sonitus. pre cipitesq cadunt densiores grãdine et glande quũ decutitur. Ipsi reges p medias acies ingenti animo inter se bellãt: fulgẽtib9 alis. nec pugne cedũt: dũ fuga illũ aut illum victor terga dare coegit. Hi motus aĩoꝝ atq hui9 tãta certamina: iactu exi gui pulueris qescunt. Verũ quũ ambos ductores et acies reuocaue ris: deteriorẽ ne ampli9 obsit dede neci. et meliorem repone in aula. nã duo sunt genera. melior est aure9. alter horridus. Itẽ exeũt aliquã do ob inanẽ delcãtionem: vt idem Virgilius scribit. quia p aera vo lando ludunt. quod facile, phibere potes. Eripere enim debes regibus alas: ne in altum volare possint.

Paladius autẽ scribit: q futura fuga seu exitus examinis pscitur:

quoniam p biduū aut triduū ante acri9 tumultuant' ꝛ murmurāt. qđ apposita frequēter aure ꝯgnoscit'.

Qualiter examina sunt colligen da et includenda.

Dum custos apū videt examen exiuisse: atq3 in aere pmanere: statim dēt puluerem in eis eicere. et alicuius rei sonum fortiter facere: vt territe longe nō eant. sed se i ali quo loco ꝓximo suspendāt. ꝛ quū omnes ibi ꝯuenerint: eas in terram deponat. et alueū sup eas collocet: in quem intrabunt. in proprio loco vbi stare debebūt: vespere collocan dum. Vel puū alueū odorifero vi no aspsum: q arnarolus vocat': cū ptica ponat in eum locū vbi se sus pendūt. in quem p se uel fumo igre dientur. et quū omnes intrauerint: deponātur sub vno scamno spatio se forato. ꝛ nou9 alue9 optime pur gatus: ꝛ vino odorifero āspersus: ꝛ feniculis viridibus aut aliis odori feris herbis: ꝛ pauco melle pfrica tus: supra eum apponatur. remoto superiori fundo alueoli. ut in nouā p se vl' beneficio fumi domū intrēt: cū qua vespere i suo loco ponātur. Et si iā i aliquo loco se suspēderit: incidatur acuto ferro ꝛ suauiter de ponat' et sup eū locet' nou9 alueus vt pdixi. vel supra eas collocetur alueolus. ꝛ fiat ut dixi: quū in her bis vel ramulis annexis ad pticā se suspendūt. Et si examen integrū colligere nō potes: in duabus vel pluribus vicibus ipm colligere po tes. et quamlibet partem sub alueo collocare. Et si cōtingeret te regem cum vna parte habere: omnes alie pticule ad eum venient p seipsas. Et si iam in aliquā arborem pfo ratam intrauerint: ad locum vnde intrant ꝛ exeūt admoueatur alueo lus. et per aliquod magnū foramē sub apibus nouiter factum imitta tur fum9. vt in alueolum fugiant desuper collocatum. vl' in ramuscu los ibi appositos si alueolus ibi nō habetur. et sic iter plures vices po terunt ōnes haberi. Vel eadē arbor si subtilis est: cū sarra recidat' acu ta desuper atq3 infra. ꝛ veste mūda coopta: tollatur. ꝛ in nouū alueum expellatur. Vel p se i edibus collo cetur. aut ex ipa arbore expellātur in totum. ꝛ quū se in aliquo ramo suspenderint vel suspēdere volūt: fiat vt est dictum de his que spōte recedunt. Si autē se suspēderint in herba vel fructice vl' alio loco su pra quem nou9 alue9 possit poni: nō est aliud agendū: nisi φ in eo re cipiatur et sup podiis vespere col locetur. Item si se suspenderint in aliquo alto vel inepto loco de quo predictis modis haberi nō possit: excutiantur longissimis pticis ut i terra cadant. vel in cōgruo loco se ponant. Custos aūt quū talia ꝓ curat: ut Paladi9 scribit: debet esse purus. ꝛ ab ōni immūdicia ꝛ olore alicui9 acredinis vel alterius mali saporis liber. Item sollicitus ꝛ attē tus. habens semp alnearia noua pa rata: quibus recipiatur examinum rudis inuētus. nā nouelle apes va gantibus animis: nisi seruētur effu giūt. exeūtes in aditu suo morātur vno aut duobus diebus. q statim nouis alueariis excipienda sunt.

Obseruabit autē custos assidu⁹ usq; in octauam vel nonam horam de mense precipue Junii: ꝛ quū signa future fuge perpēdet. quia post has horas nō facile fugere aut emigrare cōsueuerūt: quāuis alique stati ꝛ procedere ꝛ abire non dubitent.

Item quū ad pugnam redierit ꝛ exierint: ꝛ se in ramo vel alio loco suspenderint: puluere uel alia re cōpulse: inspiciat. et si vnius vberis educatione pendebunt: noscat aut vnū regem esse omnibus: aut recōsiliatis vniuersis manere ɔcordiā.

Si vero duo vel plura vbera suspendēs se populus imitatur: ꝛ discordes esse: ꝛ tot reges esse quot vbera confitentur. Ubi globes apū frequentiores viderit: vncta manu suco mellis ophilli vel apii: reges requirat. sunt autē paulo maiores ꝛ oblongi. magis q̄ cetere apes. rectioribus cruribus. neq; grādiorib⁹ pennis. pulchriores ꝛ nitidi. lenes absq; pilo. nisi frōte pleniores. q̄si capillū gerunt in ventre. quo tamē nō vtūtur ad vulnus. Sūt ꝛ alii fusci atq; hirsuti. quos oportet extingui ꝛ pulchriores relinqui. qui frequēter vagantur cū examinib⁹ suis: alis seruentur ereptis. hoc enī manēte: nulla discedit. Si nascūtur nulla examia: duoꝝ vel pluriū vasculorum possumus in vnū conferre. dulci tamen liquore aspersas apes atq; iclusas: tenebimus. appo sito cibo mellis. Exigua tamē respiramina: relinquam⁹ in cella. Quod si velis aluearīū cui p aliquā pestem multitudo subducta est: populi subductione reparare: ɔsiderabis in aliis abundantibus: ceras fauorū ꝛ extremitates que pullos habent. et vbi signū nascituri regis iueneris: cū sobole sua recides. et in idem aluearīū ponas. Est autē hoc regis futurum signū. inter cetera foramina q̄ pullos habent: vnū maius ac longius velut vber apparet. Sz tūc transferendi sunt: quādo erosis cooperculis ad nascēdum maturi: capita nitūtur exerere. nā si immaturas transtuleris: interibunt. Si autē se subitū leuabit examen: strepitu aeris terrētur ac testule. tūc ad aluearīū rediet. uel in proxia frōde pēdebit. ꝛ inde in nouū vas herbis cōsuetis ꝛ melle ɔspersum: manu attrahatur vel trulla. Et quū in eo loco requieuerit: vespe inter alia collocetur.

Quando et qualiter potest apibus de melle accipi.

Mense Junii secundū Paladiū aluearia castrabūtur. que matura esse ad mellis reditū: signis pluribus instruemur. Primū si plena sint: apū subtile murmur audim⁹. nā vacue sedes fauorū velut cōcaua edificia: voces quas accipiūt in mai⁹ extollunt. quare quū murmuris sonus magn⁹ ꝛ raucus est: agnoscim⁹ nō esse idoneas ad metendum crates fauorū. Item quū fucos qui sunt apes maiores grādi intentione pturbant: matura mella testātur. Item secūdum Varronē signū eximendoꝝ fauoꝝ est: si int⁹ faciūt globum. Itē si fauoꝝ foramia obducta sunt quasi mēbranis. quia tūc plena sunt melle. Castrabunt aūt aluearia matutinis horis: quū torpēt apes. nec caloribus

excitātur. Fumus āmoueatur ex
galbano ⁊ arido fimo bubulo. quē
in pulmētario siccis carbonib⁹ cō
uenit excitare. qđ vas ita figuratū
sit: vt angusto ore fumū possit emit
tere. atq; ita cedētibus apibus: reci
dentur mella. ad examinis pabulū
hoc tēpore pars quīta fauoꝝ dimit
titur. Sane putres aut viciosi faui
de aluearijs auferantur. Mense
etiam Octobris aluearia castrabun
tur modo predicto. q̄ tamen oportꝫ
inspicere. ⁊ si abūdātia est: demere.
si mediocritas: partem mediam ꝓ
hyemis inopia relinquere. Si vero
medietas apparꝫ i cellis: nihil pror
sus auferre. Sed Varro scribit q̄
pars tertia fauoꝝ tantūmodo tolla
tur. ⁊ reliquū ꝓ hyeme relinquatᷣ.
licꝫ plena sint aluearia melle. Verū
si metuas duram venturā hyemē:
nil ꝓrsus auferre. vt Virgili⁹ scri
bit. Viri autem nostri temporis
valde experti in talibus affirmāt ꝫ
q̄ mel debet eis accipi semel tantū
in anno. et hoc a fine Augusti vsq;
ad mediū mēsem Septembris. sed
cera corrupta: tūc ⁊ aū qnādocūq;
auferri potest. Itē q̄ mel dēt parū
auferri uel multū: habito respcū ad
paucitatem vel multitudinē mellis
in alueo existentis. ⁊ ad pūitatē vl
magnitudinem examinis nutriēdi:
dūmodo vltra quartā ptem alicui
nō tollatur. Modus aūt accipi
endi de alueis stātibus est: vt clau
datᷣ cū herba foramen vnū. vel plu
ra si sint: ne apes exire possint. et de
subtus cū panno molli vel palea fi
at fumus: ut ad partem aluei supi
orem ascendāt. ⁊ plicato alueo inci
dantur faui cū subtili cultello fre
quenter in aqua posito: ne cera ad
hereat. et ne remanentes ledantur.
Si vero alueus iaceat: faui fieri in
cipiūt in parte postrema: assidi su
periori annexi. et hi primo melle im
plentur. Vltimo in parte anteriori
laborāt. ibiq; morantur ōnes. ideoq;
fundus posterior secure aperiri po
test. qui sic dispositꝰ esse debet: vt
facile apiatur. et fauis mellitis fur
tiue subtractis: reponatur fundus
in loco suo. Apes aūt quū hoc cog
nouerint: ōnes accedunt ad vacua
tū locum replēdum. ⁊ quū ipsum
reparauerint: ⁊ ōnia cōpleuerint:
ad partem anteriorem redeūt. ibiq;
morantur. ex quo apte sciri potest.
q̄ locum vacuū impleuerunt.

De melle et cera cōficiendis.

Mel ex fauis siue apibus
fit hoc modo. Ex fauis
anteq̄ ꝓmantur: tollantᷣ
si q̄ sunt ibi ptes corrup
te ac pullos habētes. quia malo sa
pore mel corrūpunt. et cōquassati
in mūda cista ponātur. et sic dimit
tātur: donec p se paulatim fluxerit
mel. vl etiam aliquo pondere pssi.
quod fluxerit: est mel crudum pul
cherrimū. Deinde coquatur mel cū
cera vt infra dicetᷣ. Cum cōquas
satis ⁊ occisis apibus fit hoc mō.
Mense Septembris accipiātur al
uearia grauia vetusta. que pcedēti
estate nō ediderūt examia. et supra
fumū ⁊ flammā palearū: alue⁹ mo
dicum teneatur. vt apes supius fu
giant. vel sibi alas cōburant. Deīn
reuolue cooptoriū aluei sup terrā.
et cū vāgetta ferrea incide baculos
existentes in alueo. et optime cum

eadē: mel cerā ⁊ apes cōq̄ssa. Deīn reuolue alueū: ⁊ coopertoriū remo ue. ipm̄q̧ alueū sup stangetta mas celli mūdissima pone. ac cū vangetta fac in mascellum descendere mel ⁊ cerā: que postea in forti tascula pone. quam quū ligaueris fortiter exprime aliquo modo stringendi. vel cū vite magistroꝝ liguaminis. vel inter duas assidiculas positas in duabus stangettis in parte inferiori ligatis. vel in vna cōcha: posito asside ac ponderibus sup ipa stangetta. vel inter duos baculos. quos duo tenent homines: ⁊ terti⁹ partē supremā stangette fortiter torqueat. et quod fluxerit: est mel crudum. ⁊ si pluries dupletur stangetta fortius ⁊ meli⁹ ɔprimetur. Deīn vero qđ in tascha remanserit: ponatur ad ignem lentū i cacabo. et sine feruore calefiat. et semp tene man⁹ in vase. ceramq̧ minutatim apias: donec mel ⁊ nō cera erit integre liq̄factum. ⁊ quū mel ex calore ceperit paululū pungere manus: omnia in tascha repōe. iterūq̧ p̄me vt supra. nec est damnosum si non prematur acerrime: ut de melle alquid remaneat cere admixtū. quū lōge min⁹ valeat mel q̄̄ cera. Et hoc qđ fluxerit: mel coctū vocatur. quod ī vasculis debet poni. ipisq̧ aptis paucis diebus haberi: atq̧ in summitate purgari: donec musti refrigerato calore deferueat. Mel nobilius illud erit: quod ante expressionem secundam effluxerit velut sponte.

Cera que post fluxum mellis in tascha remanserit: siue apes admixtas habeat siue non: ponatur in cacabo mūdo. in quo sit tanta aqua vel plus ut cera extat. Hec ad ignē teneatur: donec sit liq̄facta integre. semperq̧ cū spatula vl' aliquo baculo agitetur. et in dicta tascha grossa ponatur. et fortiter cōprimatur: ut in situlā vel cathinū habentē aliq̄d aque cadat. ibiq̧ stet donec sit optime ɔgelata. tūc eleuetur. ⁊ ab ōni sordicie que sit inter ceram ⁊ aquā mūdetur ⁊ seruetur. ⁊ si placuerit: vt pulchrior adhuc fiat: sine aqua iterum calefiat. et in vase aque madido cuiuscūq̧ forme placuerit: iterū reponatur. Quicquid in tascha remāserit: abiciatur. ⁊ ipsa in aqua calida lauetur: et ad fumum ponatur. et sic diu valde durabit.

De omni vtilitate apum.

Ex apibus vtilitas magna consistit. si locum idoneū habeant: et prudēter ac sollicite ꝓcurētur. nā ex paucis breui tempore multa examina fiūt: nisi magna pestis temporis eis obsistat. nam in anno semel bis ⁊ plerūq̧ ter pariūt. et examen emittūt. et sine magnis expensis ac labore tenentur. licet nō sint totaliter negligende. ex quibus quū augmentū receperint: vetusta quiq̧ vel sex annoꝝ q̄ parere desierint etate: magno precio quia multam habent ceram: vēdere pote꜡. ⁊ noua seruare. Faciūt etiā ceram. que maxime necessaria est regibus ⁊ p̄latis. ⁊ quibuscūq̧ psonis: vt notum est omnibus. que satis magno vēdit' precio. Et quod amplius est: die noctuq̧ honorem exhibet regi eterno. Itē faciūt mel in maxia quātitate. quod valde vtile est tam ad

cibū q̄ ad medicamina infinita.
Ad ipsarum vtilitatem prouocādam refert Varro duos fuisse milites in hyspania fratres: ex agro falisco locupletatos. quibus quū a patre relicta esset parua domuscula: et agellus nō sane maior iugero vno. circa totam domū aluearia fecisse et ortum habuisse. et reliquū locum ac spatia thimo et cithiso semine operuisse. ac etiam apiastro. Hos nūq̄ minus vt peque ducerēt dena milia sexteria ex melle recipere esse solitos. Vnde ait Parsius. Nec thimio faciantur apes: nec fronde capelle.
